BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
2 M
25


Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

25
6
34
35. 5. 34.
13-2, 0, 15

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Cum Gratia et privilegio Sacræ Cæsareæ Maiestatis.

DE SACR. ROM. IMPERII SEPTEMVIRATV COMMENTARIVS

A. Christophoro Gewoldo I.V.D.

M·DC·XVI.

INGOLSTADII.
Typis Ederianis Apud Elisabetham Angermariam Viduam.

Bibl: Coll: Soc: Sacr. Rom: Jesu

Ex legato Ill.mi Coccini

4

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

SANCTISS. D. N.
PAVLO V. P. M.

AVGVSTISS. IMP.
ROM. MATTHIÆ I.
HVNGAR. ET BO-
HEM. REGI. &c.

REVERENDISS. SE-
RENISS. AC ILLVSTRISS.
SACR. ROM. IMPERII
SEPTEMVIRIS

DN. DN. CLEMENTISS.
perpetuâque obſeruantiâ Colend.

deuotiſs. ſeruus author
*D*EDICAVIT.

Digitized by Google

Digitized by Google

REGNORVM MVNDI AC IMPERIORVM OMNIVM ORIGINEM ET DISPENSATIONEM A DEO ESSE.

CAPVT I.

CAP.I.

Regna & Imperia mundi non fortuitò, nec inopinato euentu exiſtere; aut humanâ tantùm induſtriâ olim conſtituta fuiſſe: ſed à Deo Opt. Max. qui in ſapientiâ fecit omnia *originem habere, tàm certum eſt & perſpicuum, vt ne gentiles quidem ignorauerint. Homerus (iure merito ab Alexandro Magno tanti factus, vt præ vnguentis pigmentisq́ regiis Iliadem eius pretij grandis ſcriniolo in Gaza Darij reperto aſſeruari, illudq́ non* Myrothecion, *ſed* Homerothecion *eſſe ſibi voluerit) Agamemnonem* σκηπτοῦχον *vocat* βασιλέα, ᾧ τε Ζεὺς κῦδος ἔδωκεν: — *Regna & Imperia à Deo ſunt.* — *Pſal. 130.* — *Plutarch. in Alex. M.* — *Iliad. α.*

Sceptrigerum regem, cuique Iupiter honorem dedit.

& alibi idem Poëta:

Εἷς βασιλεὺς, ᾧ ἔδωκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω — *Iliad. β.*
Σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμιστας, ἵνα σφίσιν βασιλεύῃ.

Vnus rex, cui dederit filius Saturni obliqua conſilia habentis
Sceptrumque, & Iura, vt ipſis dominetur.

Digitized by Google

Polit.lib.1.c.2. *Ariſtoteles ſicut* Ciuitatis, *ſic* Regni *quoque principium natura tanquam à Deo hominibus inſita, tranſcribit. Et in eandem ſententiam Dio Caßius, tàm eleganter quàm verè;*

Hiſtor. Rom. lib. 41. *Φύσει τε γὰρ ἀναγκαῖά τινα, καὶ σωτήρια, τῶ μὲν ἄρχειν ἐν τοῖς ἀνθρώποις, τῶ δὲ ἄρχεσθαι τέτακται. καὶ ἀδύνατόν ἐστιν, ἄνευ αὐτῶν καὶ ὁτιοῦν, καὶ ἐφ' ὁποσονοῦν διαγενέσθαι. hoc eſt.* Natura duas neceſſarias res, eaſdemque ſalutares comparauit in humano genere; vt alij cum imperio eſſent; alij ei ſubijcerentur: nihilque eſt, quod, abſque his eſſet, ne minimo quidem perdurare ſpacio queat.

Sed relictis à tergo gentilibus, ad ſacra eloquia nos conuertamus; quæ clariſsimè teſtantur NON ESSE POTESTATEM, NISI A DEO. *Et vox eſt æternæ ſapientiæ:* Per me R[illegible]s regnant: per me Principes imperant. *quod ip[illegible]abuchodonoſor magnus ille Chaldæorum rex in ſe ex-p[illegible]ſfuit:* dominari excelſum in regno hominum; & cuicunque voluerit, dare illud.

Rom. 13. *Prouerb. 8. cap.* *Dan. 4. cap.*

Diſpoſuit autem Deus in æterno conſilio ſuo, & ordinauit quatuor regna principalia, Chaldæorum, Perſarum ſeu Medorum, Græcorum, Romanorum: ac ſecundum Prophetiam Danielis tempore Regni vltimi, ſcil. Romani Imperij, ſeu Monarchiæ Romanæ reuelauit ſe ſuſcitaturum regnum, quod in æternum non diſſipabitur, nec alteri populo tradetur: comminuet autem & conſumet vniuerſa regna præcedentia: & ipſum ſtabit in æternum. *hoc eſt, prædictas quatuor Monarchias in immani iſta ſtatuâ Nabuchodonoſori regi, ipſiq; Danieli repræſentatas, ceu regna totius terræ præ compluribus aliis regnis humilibus & obſcuris, florentiſsima, potentiſsima, & ampliſsima inſtituit, quorum vnum ita proximè ſucceſsit alteri, vt poſterius euerteret prius: & prioris ruina, poſterioris imperij origo & dilatatio eſſet: donec ſuſcitatum eſſet Christi regnum, prænotatum per lapidē ſine manibus de monte abſciſ-*

P. Perer. in cap. 2. Daniel. Quatuor Monarchiæ ſeu principalia mundi Regna à Deo ordinata. Dan. 2. cap.

Chriſti regnum prioribus qua[illegible]

abſciſſum: non quidem euerſâ temporali iſtorum dominatione; ſed ſublatâ Idololatriâ, quæ in omnibus illis regnabat: exciſoque dæmonis imperio, cui illa erant ſubiecta. Ex quo factum eſt, vt poſt conuerſionem Magni Conſtantini, Imperatores & alij Reges ſe ſuaq; regna Chriſto Domino, & ipſius Eccleſiæ ſubderent; ſummumq; Pontificem, totius Eccleſiæ Paſtorem, Chriſtique Vicarium in terris, tanquam patrem ſeu principem & Monarcham in his quæ ad Deum & ſalutem animæ pertinent, humiliter adorarent, religioſè venerarentur, & libenter atque obedienter eius ſalutaria iuſſa & decreta amplecterentur. Huic inſuper fini deſtinata à Deo fuit migratio gentium, & Barbarorum in Barbaros ſurgentia imperia, quò Chriſti nomen immanitate victâ, religioque longius iret, & ſubitis mox incrementis adoleſceret. De hoc regno Chriſti, quod in terreſtri ac militante Eccleſia conſiſtit per Eſaiam prædixerat Deus: Erunt reges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ: vultu in terram demiſſo adorabunt te, & lingent puluerem pedũ tuorum: gens & regnum quod non ſeruierit tibi, peribit.

tuor Monarchijs ſuccedens æternum.

Migratio gentium Chriſti regno ancillata fuit.

P. Breue. Fuld. antiquit. lib. 1. cap. 1.

Cap. 49. & 60.

Quis autem ſingularem Dei, cuius hoc opus eſt, prouidentiam non ſuſpiciat? quis maieſtatem & amplitudinem Romanę Monarchiæ, *anteriores iſtas lõgiſſimo interuallo poſt ſe relinquentis non animaduertat?* Diſpoſito namque diuinitus operi maximè congruebat, vt multa regna vno confœderarentur imperio, & cito peruios haberet populos prædicatio generalis, quos vnius teneret regimen ciuitatis. *Sic vtique placuerat diuinæ bonitati, hoc ipſo modo, dare filio ſuo, vt olim promiſerat,* gentes hæreditatem ſuam; & poſſeſſionem ſuam terminos terræ.

Romana Monarchia maieſtas.

S. Leo. ſerm. 1. in natal. Apoſt. Petri & Pauli.

Pſal. 2.

SEPTEMVIRATVS ROM. IMPERII IN PERSONA CAROLI MAGNI A GRÆCIS AD GERMANOS translati, inſtitutio à quibus, & qua fini ſit facta? ac de oppugnatione eiuſdem.

Cap. II.

CAPVT II.

Translatio Imperij monarchices à Græcis ad Germanos.

Septemuiralis dignitas, vinculum Imperij.

Clem. 1. de iureiur.

CAEterùm diuina huius diſpenſationis ac Romani Imperij præcellentia non minima pars eſt, poſt tranſlationem Imperij monarchici à Græcis ad Germanos in perſona Caroli Magni; Septemuiralis dignitas, *ſeu ius & poteſtas eligendi Rom. Regem, poſtmodum in Imperatorem promouendum, ab Eccleſia Romana certis principibus Germanis conceſſa. Qui quidem* Septemuiratus, *& Principum Electorum, à primâ inſtitutione ad noſtra vſq; tempora inconuulſus ſtatus, eſt vinculū, quemadmodū omnes vno ore prudētes rei cenſores æſtimant, nec ipſi quoque aduerſarij inficiantur, & nexus firmiſſimus totius Imperij:* quo de medio facto, ſublatoque Romano Imperio, tandem veniet Antichriſtus, Christi & membrorum eius aduerſarius, & periculoſa illa tempora inſtabunt, de quibus Saluator noſter prædixit, & Apoſtolus ad Timotheum ſcripſit.

M. Iordan. de Imp. & Elect.

Septemuiratus impugnatores, qui, qualeſq; & quam diuerſi.

Quamuis autem res hæc ita ſe habeat, nihilominus tamen reperiuntur nonnulli & hi quidem Germani, qui eam vel ſubtilitate ingenij, vel petulantiâ, vel deniq; odio tantum non Vatiniano in auctores tanti, patriæ noſtræ, Germaniæ inquam collati beneficij abrepti, in dubium vocare; & eminentiſſimo Septemuirorum ordini ſtatus quæſtionem mouere audent: qui

qui-

quidem antagoniſta diuerſimodè arcem hanc Electoralem op-
pugnatum eunt. Quidam enim originem illius euertere conan- I.
tur: alij authores à primis veris q; diuerſos ſtatuunt: nonnulli II.
decernendi poteſtatem eripere nituntur heis, quibus eam in hoc III.
negotio ratione commiſſi ſibi muneris præ cunctis alijs compe-
tiiſſe hactenus à nemine cõtradictum fuit: alij demum Princi- IV.
pes quoſdam in Septemuirale album ab antiquo relatos, aut iſto
gradu ſuo omninò deijcere; aut à priſcis illis, ad ſæcula noſtro
propinquiora relegare conantur. De quibus deinceps ordine
dicendum.

I. *Circa originem Electorum duæ potiſſimum opiniones fal-ſæ reperiuntur. Prima eorum, qui ad Caroli Magni tempora eam reijciunt, quod à M. Iordane factum, ſed non ſolo: non enim deſunt alij quoq; adſtipulatores, qui neſcio quem librum* Scabinorum Magdeburgenſium *commemorant, in quo commentum hoc reperiatur. Et exſtat in Iur. Saxon. Priuilegium Otthonis Caſ. (non III. vt Heigius ſcribit de Anno DCCCC. XCIX. ſed Anno DCCCC. XLIX. in lingua noſtra Germanica, ideoq; meritò ſuſpectum, cum Heigio ipſo teſtāte Rudolphus Imp. tandem Anno M. CC. XCIII. lege publica ſanciuerit, vt deinceps omnia mandata, Edicta, Priuilegia, inſtrumenta & documenta alia, non Latinâ ſed Germanicâ lingua conſcriberentur) in quo diplomate circa fin. eiuſdem narratur, Caſ. Otthonem conſtituiſſe ciuitati Magdeburg. & inhabitatoribus eius tutorem, ſacrum ius & iudicium, Rom. Cæſarem vna cum Imperij Electoribus Eccleſiaſticis & ſecularibus. Erneſtus Comes Mansfeldius in oratione de Henrico I.* Ottho Henrichi Aucupis pater, ea rerum geſtarum laude floruit, vt poſt multas victorias, profligatis ſæpe hoſtibus, Dux bello ſtrenuus, & fortunatus habitus ſit, atque inde non modò Magni cognomentum acceperit, ſed etiam mortuo Ludouico Pio, affine ſuo Impe-

Origo Electorum non à Carolo Magno.

Petr. Heigius IC. quaſt. part. pars. 1. q. 3. nu. 63.

VVeichbild. d. quaſt. 3. nu. 63.

Quaſt. 7. n. 64.

Vide Naucler. generat. 27. f. 625. Vol. 2. & generat. 31. f. 658. generat. 34. f. 675.

rium Romanum conſenſu Principum Electorum, Moguntini, Colonienſis, Treuirenſis, & Palatini, (qui tunc ex Caroli Magni cõſtitutione Imperij rebus præerant) Saxoniæq; & Franciæ ſtatuum ſuffragiis delatum fuerit, &c.

Exegeſ. Germ. lib. 1. cap. 42.

Idem ſenſiſſe videtur Irenicus, inter cæteras rationes cur Bohemia in numero Germanicarum nationum habenda ſit, iſtã aſſignans: quod rex Bohemorum ſummo inter Electores loco functus eſt, dum tamen nullus in Electorum ludum vnquam ab Imperij translationis tempore, niſi Germanus receptus ac conſecratus ſit. *& alio loco idem:*

Lib. 3. cap. 21.

Hi igitur (*Germani*) per Carolum Magnum Germanum virtutis inſtinctu, & diis præſentibus rerum ſumma potiti ſunt, ac tot annis retinuerunt, vt nulla gens reliqua, Legibus etiam ac Electoribus conſtitutis æternitati Imperij ita conſuluerunt, vt ipſis proprium ac perpetuum deſumſerint. *Verum error iſte nullo negotio refutatur primùm inſpectis ipſius Caroli Magni tabulis teſtamenti, in quibus filios ſuos Imperij & regnorum ſuorum ſucceſſores reliquit: deinde attenta conſuetudine, ab ipſius Caroli obitu vſq; ad Imp. Ludouicum iuniorem, ſiue IV. Arnulfi filium, annis circiter centum quatuordecim, vſurpata; quo toto tempore delato per ſucceſſionem Imperio, nullus omninò locus Electioni relictus fuit. Ipſe denique Irenicus, huius erroris immunem ſe præſtitit, cum recepta ab omnibus vera ſententia, diuerſis ſui operis locis palàm ſubſcripſit.*

Lib. 3. cap. 29. 83. & ſeq.

Altera opinio ab his profecta eſt, qui Septemuiratûs inſtitutionem Gregorio V. Pont. Max. & Otthoni III. ereptum eunt: & hi quidem exemplo ſuo docent, quàm verè ille olim dixerit; τὸ ψεῦδος πολυμήχανον κακόν. Poſteaquam enim homines iſti communem tritamque à tot ſeculis veritatis orbitam excedentes, commentis ſuis incubare cœperunt, mirum quam varium,

varium, & ſibi ipſi diſsimilem opinionum fœtum excluſerint: vt tot ferè ſententias, quot capita numerare liceat.

I. *Harum aliquot vt breuiter attingamus, ſunt nonnulli qui Gregorij V. & Othonis III. conſtitutione Germanis Principibus vniuerſis ius deſignandi Cæſarem collatum, concedunt quidem; Septemuiros autem longo poſt illa tempora interuallo inſtitutos fuiſſe comminiſcuntur. Ita Ciſnerus:* quàm præclarè de Germania Otho III. cum agnato ſuo Gregorio V. Pontifice meritus ſit, inde patet, quod Germaniæ proceres ius illud eligendi Cæſaris continuâ poſſeſſione in hunc vſque diem conſeruârint.

Variè inter ſe diſſident, qui Septemuiratûs inſtitutionem Gregorio V. & Othoni III. derogant.

In orat. de Othonis III. inſtituto.

II. *Alij ius eligendi Cæſaris ab Ottone III. à Gregorio V. Germaniæ principibus indultum fuiſſe pernegant: &* licet contraria ſententia, tanquam ipſa veritas, à plurimis viris doctis ſemper recepta fuerit; eam tamen carere aiunt fundamento. Contra verò liberam electionem Regis Germaniæ, cœpiſſe cum regimine germanico: & ab origine regni iſtius tanquam ſingulare medium ad conſeruandam illorum libertatem, & ad præcauendam Monarchicam formam regni Latinorum ſiue Romanorum quæ Germanis ſemper viſa ſit onus intollerabile: ideoque quieſcere nequiuerint, donec eam ex Germania prorſus profligarent. Et hanc quidem electionem liberam, ab vno Rege ad alterum continuâ ſerie durâſſe; minimè autem vigore Conſtitutionis alicuius ſeu Decreti ab Othone aut Gregorio V. promulgati, factam fuiſſe: ſed ex ſingulari prerogatiua Germanorum, quæ vſque in hodiernum quotieſcunque caſus contigerit in imperio obſeruetur, & in effectum producatur. Neque ſolos principes Cæſarem deligere, verum etiam populum vniuerſum, aut loco huius Iudices, Conſules & alios qui ad regni Comitia mittun-

Chron. Spirenſ.

mittuntur. Sed nec fœminas quoque ab hoc munere olim fuiſſe excluſas.

III. Nonnulli præterea, non ſolis Germanis, ſed aliis etiam exterarum Nationum Principibus ius electionis arrogant.

IV. *Aliqui ſunt*, qui temporibus CONRADI Salici ſuc-
V. ceſſoris Henrici ſancti: *Quidam* ius liberæ electionis,
pro ſucceſſione generis à Gregorio VII. *quem per ca-*
lumniam Hildebrandum Tyrannum indigetant, fluxiſſe *per-*
VI. *hibent. Alij* FRIDERICI *I. plerique circa tempora* FRI-
VII. DERICI *II. nonnulli* in Cõcilio Lugdunenſi: *rurſum alij*
VIII. poſt Concilium iſtud, circa imperium RVDOLPHI I.
IX. *quidam verò* iſtis omninò quinquaginta quinque annis,
X. qui inter Innocentium III. & Innocentium IV. Ponti-
IX. fices interceſſerunt: *nonnulli denique* recentiori ſæculo
Electores cœpiſſe *proclamant*.

QVIBVS RATIONIBVS SEV FVNDAMENTIS OPPVGNATORES SEPTEMVIRATVS NITANTVR.

CAP. III. CAPVT III.

Rationes aut fundamenta aduerſariorũ.

R*ationes autem ſeu fundamenta, quibus hi omnes tam variarum opinionum fabricatores nituntur hæ ferè ſunt.*

I. *Primò* nullum *aiunt* eiuſmodi Decretum exſtare aut productum hactenus fuiſſe, ſed nec deinceps quidem vnquam exhiberi poſſe, à Gregorio V. & Othone III. circa hoc negocium promulgatum.

Quia Decretũ tale non exſtat.

II. *Sed* nec apud Gratianum *qui circa annum M. C.LI. De-*

creta

creta, Conſtitutiones & Statuta Pontificum collegit, ne verbum quidem, nec vnum iota; multò minùs integrum Decretum, aut quidquam tale Cæſaris Othonis III. vel Gregorij V. de libera electione, & confirmatione Cæſaris reperiri.

Ipſum *quoq;* vocabulum Elector veteribus hiſtoricis incognitum fuiſſe & inuſitatum. III.

Nullum *præterea* extare hiſtoricum, Othoni III. & Henrico II. contemporaneum, qui vel minimam mentionem faciat eiuſmodi ſanctionis de Electoribus & Cæſare eligendo: neque vllum ſcripſiſſe vnquam, quod aliquando ex aliis audiuerit, aut ipſemet legerit, Decretum eiuſmodi in rerum natura fuiſſe: purum igitur putum commentum eſſe. IV.

Albertum Abbatem Stadienſem, *&* Martinum Polonum *Innocentij IV. pænitentiarium, quorum vterque temporibus Cæſaris* FRIDERICI. II. *vixit; annis nimirum ducentis quadraginta & amplius, poſt Othonem III.* primos fuiſſe qui ſcriptis prodiderunt, electionem Romani Cæſaris penes ſeptem Officiales Imperij reſidere. V.

Opinionem vulgò receptam, *quòd nimirum Otho III. primus ſit author & fundator liberæ Electionis Romani Cæſaris, & Electorum in Imperio*, natam fuiſſe (quemadmodum præſumere licet) ex verbis Martini Poloni perperam intellectis. Et licet, inquit ille, iſti tres Othones per ſucceſſionem generis regnauerint: tamen poſtea fuit inſtitutum, vt per Officiales Imperij Imperator eligeretur, qui ſunt ſeptem, videlicet primi tres Cancellarij, Moguntinus Germaniæ, Treuirenſis Galliæ, Colonienſis Italiæ. Marchio Brandenburgenſis Camerarius eſt, Palatinus Dapifer, Dux Saxoniæ enſem portat, VI.

B Rex

Digitized by Google

Rex Bohemiæ pincernam agit, &c. quæ verba minimè referenda ad Othonis III. tempora.

VI. Othones Cæſares, non ſucceſſione hæreditariâ, ſed electione omnium principum ac populi, iure & more Germanorum recepto ad regnum perueniſſe.

VII. Non carere admiratione quod Illuſtriſſimus Cardinalis Bellarminus veritati & conſcientiæ propriæ tam rotundè contradicat; dum ſcribit alteram Decreti iſtius partem ſtatim à morte Othonis III. vſu fuiſſe receptam. Nam vſque ad illud tempus, non ſolos principes, ſed vniuerſum etiam populum ad electionem confluxiſſe. Ab eo autem tempore, (quantum quidem Bellarminus ſciat) populum nunquam electioni intereſſe ſolitum, ſed decreto ſancitum fuiſſe, vt ſoli principes Regem eligerent. Rectè autem obiici poſſe Bellarmino, quòd Syrus ille apud Comicum ait: Tu neſcis id quod ſcis, ſi ſapis. Conceſſo enim quod populus poſterioribus temporibus ſicut antea electioni vnà cum Principibus & regni proceribus interfuerit, concedendum quoque eſſe, quod prætenſa conſtitutio Othoniana aut nulla ſit; aut ad effectum nunquam adducta. Quidquid verò Bellarminus ſcribit, populum ab electione Henrici II. & aliorum deinceps Cæſarum abſtinuiſſe, vt Conſtitutioni Othonis pareret: ideo ſolummodo ſcribi; vt hoc figmentum fidem inueniat.

IX. *Nona probatio ex Dietmaro petitur, hoc modo:* Cum electio noui regis fieri deberet, rogatum fuiſſe Sigefridum Epiſcopum Colonienſem ab Henrico Boioariæ Duce, vt is voto ſuo ipſum ad regnum promouere vellet. Epiſcopum verò Duci reſpondiſſe: Quò melior & maior populi pars ſe inclinauerit, libenter aſſenſurum. Idem reſpõſum tuliſſe eundem à Theodorico

rico Lotharingiæ Duce. Et hinc quidem conſtare electionem Henrici peractam fuiſſe in generali Curia, ſeu Conuentu Principum & populi: & quod eminentiores Status ſoliti fuerint ad volũtatem populi, tanquam maioris partis reſpicere: eidemque ſeſe accommodare. Comparuiſſe autem inter Eccleſiaſticos, duas Abbatiſſas, teſte eodem Dietmaro; inter ſeculares autem Duces, Marchiones, Comites & cunctos regni primores. Et poſt factam electionem, reſpondiſſe vnum cæterorum nomine miſſo Ducis Henrici: Elegiſſe illos Ducem Henricum in Regem: ac debere eum diuino auxilio, & iure hæreditario eſſe Regem illorum: ſe quoque velle eidem omnia ſeruitia ſponte præſtare. quod ipſum cæteri omnes, eleuatione manus dexteræ, teſtati ſint. Ex præmiſſis autem duo notanda eſſe: Primum, quod Miſſo Ducis Henrici, vt procuraret eius electionem, ab vniuerſa congregatione reſponſum; deinde quod ei indicatum ſit, Ducem Henricum hæreditario iure regem eſſe debere. quo ipſo confirmetur antiqua conſuetudo in eligendis Germanicis Regibus obſeruari ſolita: nempe ſi defuncti Reges liberos aut cognatos haberent, qui ad regni curam idonei eſſent; vt tunc ſtirpem ſeu cognationem defuncti non egrederentur: id quod in electione Henrici quoque factum: ſin verò in conſanguinitatis linea nullus reperiretur tali officio dignus; tum demum ex alia familia alium quempiam eligerent.

Decima probatio: Defuncto Henrico II. ſine hæredibus, ſurrogatum eidem fuiſſe Conradum Salicum, non à Septemuiris, ſed à cunctis Principibus & populo, *quæ electio ex VVippone Conradi Cancellario ſequentibus verbis recenſetur:* X.

Conſedere Principes; populus frequenter adſtabat. Archiepiſcopus Moguntinus, cuius ſententia ante alios accipiēda fuit, rogatus à populo quid ſibi videretur, abundanti corde, hilari voce laudauit & elegit maioris ætatis CVNONEM ſuum in dominū & regē atq; rectorē & defenſorem patriæ. Hanc ſententiam cæteri Archiepiſcopi & reliqui ſacrorum ordinum viri indubitanter ſequebantur. Iunior CVNO paululum cum Lotharingis placitans, ſtatim reuerſus maximo fauore illum ad regem & dominum elegit, quem manu apprehendens fecit illum conſidere ſibi. Tunc ſinguli de ſingulis regnis eadem verba electionis ſæpiſſimè repetebant. Fit clamor populi, omnes vnanimiter in regis electione Principibus conſentiebant; in illo perſiſtebant; ipſum cunctis dominantibus nihil hæſitando præpoſuerunt. *Hactenus VVippo; pergit Chronologus*: Obſeruandam eſſe diligenter exactam hanc deſcriptionem Comitiorum, ſiue Curiarum regni, & eligendi Cæſaris ritum, ab his, qui veterem morem atque proceſſum ſcire deſiderant, cum eiuſmodi paucæ alibi reperiantur: & notanda quædam ex ea ſcitu neceſſaria. Primò quidem, locum conuentus; cum ſcribit Wippo; quod Principes Eccleſiaſtici & ſeculares, nec nō illi quoque, qui de Ciuitatibus & communitatibus miſſi fuerunt, Anno M. XXIV. circa Autumnum in campo vtrinq; iuxta Rhenum, in loco ad tractanda negocia idoneo intra Moguntiam & Wormatiam conuenerint, ac ibidem caſtra ſua poſuerint. Cum autem ad electionem procedendum eſſet, & eo in loco, in quo inſtituta conſultatio, omnes congregati fuiſſent; conſediſſe Principes; miſſos autem ſeu Nuncios Ciuitatum & communitatum ſtetiſſe. II. Quandoquidem Archiepiſcopus

pus Moguntinenſis primam vocem in conſilio regni ab antiquo obtinuit; interrogatum hunc fuiſſe à Nunciis Ciuitatum, quem ex Principibus regni in regem eligere vellet: illumque ad hanc interrogationem de toto corde, & hilari voce Ducem CVNRADVM de Franconia ſummoperè laudaſſe, & elegiſſe in Regem, rectorem, & protectorem populi. III. Hoc factum Moguntinenſis ſecutos fuiſſe cæteros omnes Eccleſiaſticos Principes in ſuo ordine & ſeſſione. IV. Poſteaquam electio ad ſeculare ſcamnum peruenit, in quo Duces Franconiæ & ad Rhenum primum locum tenuerunt; & electus ab Eccleſiaſticis in ſuo loco ſedens permanſit, ſurrexiſſe iuniorem Ducem Franconiæ, CVNONEM de Wormatia, & vnà cum aliis Principibus Lotharingię & ad Rhenum, ſeceſſiſſe ad locum alium, ac pauliſper cum his colloquio habito, reuerſum cum lætitiâ & applauſu omnium, vocem ſuam, ſeu votum dediſſe conſanguineo ſuo Duci CONRADO: qui eundem iuniorem Ducem manu adtractum iuxta ſe ſedere fecerit. V. Reliquos omnes regni Principes conſenſiſſe huic voci, ac vnumquemque eandem pro ſe ſuo loco & ordine repetiiſſe. VI. Miſſos Communitatum altâ voce collocutos fuiſſe, omnesq; vnanimiter Principibus in electione Regis conſenſiſſe: firmiter in eadem perſtitiſſe, omnique dubio remoto Ducem CVNRADVM cunctis aliis proceribus prætuliſſe. Ex quibus teſtimoniis claris perſpici poſſit, quomodo antiquiſſimus proceſſus, à Francis Germanicis introductus in pleno ſuo vigore ſemper permanſerit; & quod in eligendis Imperatoribus nihil prorſus prætenſæ conſtitutioni Othonianæ conforme factum geſtumue ſit.

Digitized by Google

XI. Anno M. XXVIII. Imperatorem Cunradum filium ſuum Henricum, magni ingenij & bonæ indolis puerum, ætate vndecim annorum, Principibus regni cum tota multitudine populi id probantibus, à Peregrino Archiepiſcopo Colonienſi in regalem apicem apud Aquiſgrani palatium feciſſe ſublimari.

XII. *Ex Herman. Contract.* Anno M. LIII. Imperatorem Henricum magno apud Triburiam conuentu habito, filium æquiuocum à cunctis eligi; eiq; poſt obitum ſuum, ſi rector iuſtus futurus eſſet, ſubiectionem promitti procuràſſe.

XIII. Anno M. LXXVII. cum Cæſaris Henrici IV. regimen multis Principibus & Ciuitatibus diſpliceret, plærosq; illorum in Forcheim conueniſſe, & pro eo in regem elegiſſe Rudolphum Alemanniæ Ducem, facto ibidem Decreto circa electionem, communi omnium conſenſu approbato, & Romani Pontificis authoritate corroborato, vt poſthac nulli poteſtas regia per hæreditatem, ſicut prius conſueuerat, cederet: ſed filius Regis, etſi omninò dignus eſſet, per liberam electionem, non per ſucceſſionis lineam ad regnum perueniret. Si verò non eſſet dignus regis filius, vel ſi populus eum admittere nollet; tunc quem vellet Regem facere poſſet. Hoc ita ſancitum fuiſſe à Principibus & ſtatibus in Forcheim congregatis, & Pontificis nomine per legatos eius, ibidem tum præſentes confirmatum.

XIV. *Lib. 2. de geſt. Fred. c. 1. 2. & 3.* Teſtari Radevvicum de populi concurrentiâ in Curijs, Conuentibusque regni publicis, his verbis: confluunt ex omnibus regni partibus cum magna frequentia Archiepiſcopi, Epiſcopi, multique alij Eccleſiaſtici viri: Duces, Marchiones, Comites, Proceres, Conſules & Ciuitatum iudices: qui poſtremi populum repræſentârint: & notandum eſſe ex præmiſſis

Radevvici verbis, in quas Claſſes Principes & Status ſiue Ordines regni in Conuentibus illorum diſtincti fuerint.

XV. Quia non ſoli principes Germanici electionē peregerint, quemadmodum manifeſtè docent Otho Friſingenſis: ſed permiſſum fuerit omnibus Principibus Regni, quicunque voluerint, & per negotia ſua potuerint, electioni Cæſaris intereſſe. Sic etiam Principes ex regno Italiæ, quod Carolus Magnus cum Germaniæ regno coniunxerat, tanquam incorporata membra, in electione ſui capitis ſæpius comparuiſſe: ſi quando tamen electioni terminus adeò breuis præfigeretur, vt comparere nequirent, peractam quidem fuiſſe electionem ſecundum iura & conſuetudinem Germanorum, non reclamantibus Italicis; ſed ſemet obligatos agnoſcentibus electo fidem & obedientiam præſtare. Exemplum huius rei ſuppeditare hiſtoriam Conradi II. cum enim Wippo omnes Reges Principeſque commemoraſſet, qui ad electionem illius conuenerant, de Italicis ſic infert: Italiam tranſeo, cuius principes in breui conuenire ad regiam electionem nequiuerunt: qui poſtmodum in vrbe Conſtantienſi cum Archiepiſcopo Mediolanenſi & reliquis Principibus occurrentes Regi ſui facti ſunt, & fidelitatem libenti animo iurauerunt.

Chron. Spir. lib. 5 cap. 17. circa fin & lib. 2. cap. 37.

XVI. Superuacaneam nulliuſque momenti tunc temporis fuiſſe ſanctionem iſtam, vel conſtitutionem ſiue Gregorij V. ſeu Othonis III. cum ab annis quingentis & quod excurrit, Germani ſemper ſoliti fuerint, nec non ius poteſtatemque habuerint eligere Regem.

XVII. Non poſſe nec debere Othonem III. authorem dici eiuſmodi ordinationis, cum eam ipſam longè anteà Vero-

Digitized by Google

Veronæ in ſua ipſiuſmet electione pleno vſu exerceri viderit.

XVIII. Etiamſi Otho III. eiuſmodi legem tuliſſet, quod nimirum ſoli Germani Principes Cæſarem eligere debeant; irritam tamen nullamque eo ipſo factam fuiſſe, quod Italici Principes, eiuſmodi lege non obſtante, ſeipſos Electioni immiſcuerint: & quod Principes Germanici eoſdem admiſerint.

XIX. Cæſarem Othonem III. neque potuiſſe, nec auſum fuiſſe eiuſmodi legem promulgare.

XX. Henricum V. ſicut in vita ipſius legitur, Bauariam, Sueuiam, Saxoniam percurriſſe, proceres conueniſſe, attraxiſſe omnes, & ſubintraſſe in regiam poteſtatem, tanquam ſepeliiſſet patrem.

XXI. *Vigeſima prima ratio, ſeu fundamentum petitur ex Lotharij Cæſaris, Henrici V. ſucceſſoris electione:* quod *nimirum, teſte Othone Friſingenſ.* Albertus Epiſcopus Moguntinenſis (nam id iuris dum regnum vacat Moguntini Archiepiſcopi eſſe ab antiquioribus traditur) Principes regni in ciuitate Moguntina tempore autumnali conuocârit: ipſeque Lotharium Ducem Saxonum in regem cunctis qui aderant Principibus perſuaſerit. *Helmoldum quoque veterem hiſtoricum tradere*, Principes ab Archiepiſcopo Moguntin. conuocatos maiori ex parte Saxones fuiſſe: cæteros Principes regni elegiſſe CVNRADVM Alemanniæ Ducem, ſed præualuiſſe cum ſuis adhærentibus qui Lotharium elegerant.

Lib. 1. de geſt. Friderici I.

Helmold. lib. 1. cap. 42.

XXII. Poſt obitum Cæſ. Lotharij maiorem Principum regni partem elegiſſe præmemoratum Sueuiæ Ducem Conradum, de quo Otho Friſingen. Principes regni apud Galliæ oppidum Confluentiam conueniunt, & de eligendo Principe conſilium ineunt. Igitur Cunradus

Lib. 1. cap. 22. de geſt. Frid.

dus ab omnibus qui aderant expoſcitur, ad regnum leuatus, in palatio Aquis coronatur.

Non à ſeptem ſolummodo Electoribus, ſed ab vniuerſis regni Principibus Eccleſiaſticis & ſecularibus ex Italia & Germania congregatis electum fuiſſe FRIDERICVM I. teſtante Chronico Auguſtenſi, his verbis: Fridericus primus poſt Conradum tertium patruum ſuum apud Franckenfurt communi voto & conſenſu omnium Principum eſt electus ad Imperium Anno M. C. LII. XXIII. *Friſingen. lib. 2. de geſt. Frid. cap. 1.*

Anno M. C. LXXXIV. Conuocaſſe Cæſarem Fridericum I. omnes Principes, Barones & Status ad Curiam Monguntiacum circa Pentecoſten, eoſq; in tantâ frequentiâ comparuiſſe, qualiter antea nunquam factum ſit. Conſilium regni peractum fuiſſe in publico campo, herbâ virente, per quatriduum, & de diuerſis regni negociis actum; & poſt quartum diem conctos cum gaudio ad propria remeaſſe. Durante iſto conuentu Cæſarem ſollennibus cerimoniis filios ſuos Regem Henricum & Ducem Fridericum Rottenburgi gladio accinxiſſe: & præſumendum eſſe ex circumſtãtiis rei geſtę, quod dictus Henricus Cęſaris filius, ibidem in regem ſit confirmatus. In hac ipſa magnâ Curiâ, ſiue Comitiis, Cæſari officiales quatuor illos ſeculares in perſonâ miniſtraſſe. Scripto inſuper tradere Arnoldum Abbatem Lubecenſem, quod officium Dapiferi ſeu Pincernæ, Camerarij ſeu Marſchalci non niſi Reges, vel Duces, vel Marchiones adminiſtrauerint. Cæſarem quoq; iſthæc officia pro arbitrio & beneplacito ſuo, quibus voluerit in feudum cõcedere ſolitum: nunquam autem reperiri à quoquam proditum, quod circa hæc tempora, quatuor iſti Officiales ſeculares, XXIV. *Otho de S. Blaſio cap. 26.* *Chronic. Sclauor. lib. 3. c. 9.*

Digitized by Google

mittuntur. Sed nec fœminas quoque ab hoc munere olim fuiſſe excluſas.

III. Nonnulli præterea, non ſolis Germanis, ſed aliis etiam exterarum Nationum Principibus ius electionis arrogant.

IV. *Aliqui ſunt*, qui temporibus Conradi Salici ſuc-
V. ceſſoris Henrici ſancti: *Quidam* ius liberæ electionis, pro ſucceſſione generis à Gregorio VII. *quem per calumniam Hildebrandum Tyrannum indigetant*, fluxiſſe *per-*
VI. *hibent*. *Alij* Friderici *I. plerique circa tempora* Fri-
VII. derici *II. nonnulli* in Cócilio Lugdunenſi: *rurſum alij*
VIII. poſt Concilium iſtud, circa imperium Rvdolphi I.
IX. *quidam verò* iſtis omninò quinquaginta quinque annis,
X. qui inter Innocentium III. & Innocentium IV. Ponti-
IX. fices interceſſerunt: *nonnulli denique* recentiori ſæculo Electores cœpiſſe *proclamant*.

QVIBVS RATIONIBVS SEV FVNDAMENTIS OPPVGNATORES SEPTEMVIRATVS NITANTVR.

Cap. III.

CAPVT III.

Rationes aut fundamenta adverſariorū.

Rationes autem ſeu fundamenta, quibus hi omnes tam variarum opinionum fabricatores nituntur hæ ferè ſunt.

I. *Primò* nullum *aiunt* eiuſmodi Decretum exſtare aut

Quia Decretū tale non exſtat.

productum hactenus fuiſſe, ſed nec deinceps quidem vnquam exhiberi poſſe, à Gregorio V. & Othone III. circa hoc negocium promulgatum.

II. *Sed* nec apud Gratianum *qui circa annum M.C.LI. Decreta*

creta, Conſtitutiones & Statuta Pontificum collegit, ne verbum quidem, nec vnum iota; multò minùs integrum Decretum, aut quidquam tale Cæſaris Othonis III. vel Gregorij V. de libera electione, & confirmatione Cæſaris reperiri.

Ipſum *quoq;* vocabulum Elector veteribus hiſtoricis incognitum fuiſſe & inuſitatum. III.

Nullum *præterea* extare hiſtoricum, Othoni III. & Henrico II. contemporaneum, qui vel minimam mentionem faciat eiuſmodi ſanctionis de Electoribus & Cæſare eligendo: neque vllum ſcripſiſſe vnquam, quod aliquando ex aliis audiuerit, aut ipſemet legerit, Decretum eiuſmodi in rerum natura fuiſſe: purum igitur putum commentum eſſe. IV.

Albertum Abbatem Stadienſem, & Martinum Polonum *Innocentij IV. pœnitentiarium, quorum vterque temporibus Cæſaris* FRIDERICI. II. *vixit; annis nimirum ducentis quadraginta & amplius, poſt Othonem* III. primos fuiſſe qui ſcriptis prodiderunt, electionem Romani Cæſaris penes ſeptem Officiales Imperij reſidere. V.

Opinionem vulgò receptam, *quòd nimirum Otho III. primus ſit author & fundator liberæ Electionis Romani Cæſaris, & Electorum in Imperio*, natam fuiſſe (quemadmodum præſumere licet) ex verbis Martini Poloni perperam intellectis. Et licet, inquit ille, iſti tres Othones per ſucceſſionem generis regnauerint: tamen poſtea fuit inſtitutum, vt per Officiales Imperij Imperator eligeretur, qui ſunt ſeptem, videlicet primi tres Cancellarij, Moguntinus Germaniæ, Treuirenſis Galliæ, Colonienſis Italiæ. Marchio Brandenburgenſis Camerarius eſt, Palatinus Dapifer, Dux Saxoniæ enſem portat, VI. XI.

Digitized by Google

Rex Bohemiæ pincernam agit, &c. quæ verba minimè referenda ad Othonis III. tempora.

VI. Othones Cæſares, non ſucceſſione hæreditariâ, ſed electione omnium principum ac populi, iure & more Germanorum recepto ad regnum perueniſſe.

VII. Non carere admiratione quod Illuſtriſſimus Cardinalis Bellarminus veritati & conſcientiæ propriæ tam rotundè contradicat; dum ſcribit alteram Decreti iſtius partem ſtatim à morte Othonis III. vſu fuiſſe receptam. Nam vſque ad illud tempus, non ſolos principes, ſed vniuerſum etiam populum ad electionem confluxiſſe. Ab eo autem tempore, (quantum quidem Bellarminus ſciat) populum nunquam electioni intereſſe ſolitum, ſed decreto ſancitum fuiſſe, vt ſoli principes Regem eligerent. Rectè autem obiici poſſe Bellarmino, quòd Syrus ille apud Comicum ait: Tu neſcis id quod ſcis, ſi ſapis. Conceſſo enim quod populus poſterioribus temporibus ſicut antea electioni vnà cum Principibus & regni proceribus interfuerit; concedendum quoque eſſe, quod prætenſa conſtitutio Othoniana aut nulla ſit; aut ad effectum nunquam adducta. Quidquid verò Bellarminus ſcribit, populum ab electione Henrici II. & aliorum deinceps Cæſarum abſtinuiſſe, vt Conſtitutioni Othonis pareret: ideo ſolummodo ſcribi; vt hoc figmentum fidem inueniat.

IX. *Nona probatio ex Dictmare petitur, hoc modo:* Cum electio noui regis fieri deberet, rogatum fuiſſe Sigefridum Epiſcopum Colonienſem ab Henrico Boioariæ Duce, vt is voto ſuo ipſum ad regnum promouere vellet. Epiſcopum verò Duci reſpondiſſe: Quò melior & maior populi pars ſe inclinauerit, libenter aſſenſurum. Idem reſpõſum tuliſſe eundem à Theodorico

rico Lotharingiæ Duce. Et hinc quidem conſtare electionem Henrici peractam fuiſſe in generali Curia, ſeu Conuentu Principum & populi: & quod eminentiores Status ſoliti fuerint, ad volũtatem populi, tanquam maioris partis reſpicere: eidemque ſeſe accommodare. Comparuiſſe autem inter Eccleſiaſticos, duas Abbatiſſas, teſte eodem Dietmaro; inter ſeculares autem Duces, Marchiones, Comites & cunctos regni primores. Et poſt factam electionem, reſpondiſſe vnum cæterorum nomine miſſo Ducis Henrici: Elegiſſe illos Ducem Henricum in Regem: ac debere eum diuino auxilio, & iure hæreditario eſſe Regem illorum: ſe quoque velle eidem omnia ſeruitia ſponte præſtare. quod ipſum cæteri omnes, eleuatione manus dexteræ, teſtati ſint. Ex præmiſſis autem duo notanda eſſe: Primum, quod Miſſo Ducis Henrici, vt procuraret eius electionem, ab vniuerſa congregatione reſponſum; deinde quod ei indicatum ſit, Ducem Henricum hæreditario iure regem eſſe debere. quo ipſo confirmetur antiqua conſuetudo in eligendis Germanicis Regibus obſeruari ſolita: nempe ſi defuncti Reges liberos aut cognatos haberent, qui ad regni curam idonei eſſent; vt tunc ſtirpem ſeu cognationem defuncti non egrederentur: id quod in electione Henrici quoque factum: ſin verò in conſanguinitatis linea nullus reperiretur tali officio dignus; tum demum ex alia familia alium quempiam eligerent.

Decima probatio: Defuncto Henrico II. ſine hæredibus, ſurrogatum eidem fuiſſe Conradum Salicum, non à Septemuiris, ſed à cunctis Principibus & populo, *quæ electio ex VVippone Conradi Cancellario ſequentibus verbis recenſetur:* X.

Conſedere Principes; populus frequenter adſtabat. Archiepiſcopus Moguntinus, cuius ſententia ante alios accipiẽda fuit, rogatus à populo quid ſibi videretur, abundanti corde, hilari voce laudauit & elegit maioris ætatis Cvnonem ſuum in dominũ & regẽ atq; rectorẽ & defenſorem patriæ. Hanc ſententiam cæteri Archiepiſcopi & reliqui ſacrorum ordinum viri indubitanter ſequebantur. Iunior Cvno paululum cum Lotharingis placitans, ſtatim reuerſus maximo fauore illum ad regem & dominum elegit, quem manu apprehendens fecit illum conſidere ſibi. Tunc ſinguli de ſingulis regnis eadem verba electionis ſæpiſſimè repetebant. Fit clamor populi, omnes vnanimiter in regis electione Principibus conſentiebant; in illo perſiſtebant; ipſum cunctis dominantibus nihil hæſitando prępoſuerunt. *Hactenus VVippo; pergit Chronologus*: Obſeruandam eſſe diligenter exactam hanc deſcriptionem Comitiorum, ſiue Curiarum regni, & eligendi Cæſaris ritum, ab his, qui veterem morem atque proceſſum ſcire deſiderant, cum eiuſmodi paucæ alibi reperiantur: & notanda quædam ex ea ſcitu neceſſaria. Primò quidem; locum conuentus; cum ſcribit Wippo; quod Principes Eccleſiaſtici & ſeculares, nec nõ illi quoque, qui de Ciuitatibus & communitatibus miſſi fuerunt, Anno M. X XIV. circa Autumnum in campo vtrinq; iuxta Rhenum, in loco ad tractanda negocia idoneo intra Moguntiam & Wormatiam conuenerint, ac ibidem caſtra ſua poſuerint. Cum autem ad electionem procedendum eſſet, & eo in loco, in quo inſtituta conſultatio, omnes congregati fuiſſent; conſediſſe Principes; miſſos autem ſeu Nuncios Ciuitatum & communitatum ſtetiſſe. II. Quandoquidem Archiepiſcopus

pus Moguntinenſis primam vocem in conſilio regni ab antiquo obtinuit; interrogatum hunc fuiſſe à Nunciis Ciuitatum, quem ex Principibus regni in regem eligere vellet: illumque ad hanc interrogationem de toto corde, & hilari voce Ducem CVNRADVM de Franconia ſummoperè laudaſſe, & elegiſſe in Regem, rectorem, & protectorem populi. III. Hoc factum Moguntinenſis ſecutos fuiſſe cæteros omnes Eccleſiaſticos Principes in ſuo ordine & ſeſſione. IV. Poſteaquam electio ad ſeculare ſcamnum peruenit, in quo Duces Franconiæ & ad Rhenum primum locum tenuerunt; & electus ab Eccleſiaſticis in ſuo loco ſedens permanſit, ſurrexiſſe Iuniorem Ducem Franconiæ, CVNONEM de Wormatia, & vnà cum aliis Principibus Lotharingiç & ad Rhenum, ſeceſſiſſe ad locum alium, ac pauliſper cum his colloquio habito, reuerſum cum lætitiâ & applauſu omnium, vocem ſuam, ſeu votum dediſſe conſanguineo ſuo Duci CONRADO: qui eundem iuniorem Ducem manu adtractum iuxta ſe ſedere fecerit. V. Reliquos omnes regni Principes conſenſiſſe huic voci, ac vnumquemque eandem pro ſe ſuo loco & ordine repetiiſſe. VI. Miſſos Communitatum altâ voce collocutos fuiſſe, omnesq; vnanimiter Principibus in electione Regis conſenſiſſe: firmiter in eadem perſtitiſſe, omnique dubio remoto Ducem CVNRADVM cunctis aliis proceribus prætuliſſe. Ex quibus teſtimoniis claris perſpici poſſit, quomodo antiquiſſimus proceſſus, à Francis Germanicis introductus in pleno ſuo vigore ſemper permanſerit; & quod in eligendis Imperatoribus nihil prorſus prætenſæ conſtitutioni Othonianæ conforme factum geſtumue ſit.

XI. Anno M. XXVIII. Imperatorem Cunradum filium ſuum Henricum, magni ingenij & bonæ indolis puerum, ætate vndecim annorum, Principibus regni cum tota multitudine populi id probantibus, à Peregrino Archiepiſcopo Colonienſi in regalem apicem apud Aquiſgrani palatium feciſſe ſublimari.

XII. Anno M. LIII. Imperatorem Henricum magno apud Triburiam conuentu habito, filium æquiuocum à cunctis eligi; eiq; poſt obitum ſuum, ſi rector iuſtus futurus eſſet, ſubiectionem promitti procuràſſe.

Ex Herman. Contract.

XIII. Anno M. LXXVII. cum Cæſaris Henrici IV. regimen multis Principibus & Ciuitatibus diſpliceret, plærosq; illorum in Forcheim conueniſſe, & pro eo in regem elegiſſe Rudolphum Alemanniæ Ducem, facto ibidem Decreto circa electionem, communi omnium conſenſu approbato, & Romani Pontificis authoritate corroborato, vt poſthac nulli poteſtas regia per hæreditatem, ſicut prius conſueuerat, cederet: ſed filius Regis, etſi omninò dignus eſſet, per liberam electionem, non per ſucceſſionis lineam ad regnum perueniret. Si verò non eſſet dignus regis filius, vel ſi populus eum admittere nollet; tunc quem vellet Regem facere poſſet. Hoc ita ſancitum fuiſſe à Principibus & ſtatibus in Forcheim congregatis, & Pontificis nomine per legatos eius, ibidem tum præſentes confirmatum.

XIV. Teſtari Radevvicum de populi concurrentiâ in Curijs, Conuentibusque regni publicis, his verbis: confluunt ex omnibus regni partibus cum magna frequentia Archiepiſcopi, Epiſcopi, multique alij Eccleſiaſtici viri: Duces, Marchiones, Comites, Proceres, Conſules & Ciuitatum iudices: qui poſtremi populum repræſentârint: & notandum eſſe ex præmiſſis

Lib. 1. de geſt. Frid. 1. c. 5. & 3.

Radevvici verbis, in quas Claſſes Principes & Status ſiue Ordines regni in Conuentibus illorum diſtincti fuerint.

Quia non ſoli principes Germanici electionē peregerint, quemadmodum manifeſtè docent Otho Friſingenſis: ſed permiſſum fuerit omnibus Principibus Regni, quicunque voluerint, & per negotia ſua potuerint, electioni Cæſaris intereſſe. Sic etiam Principes ex regno Italiæ, quod Carolus Magnus cum Germaniæ regno coniunxerat, tanquam incorporata membra, in electione ſui capitis ſæpius comparuiſſe: ſi quando tamen electioni terminus adeò breuis præfigeretur, vt comparere nequirent, peractam quidem fuiſſe electionem ſecundum iura & conſuetudinem Germanorum, non reclamantibus Italicis; ſed ſemet obligatos agnoſcentibus electo fidem & obedientiam præſtare. Exemplum huius rei ſuppeditare hiſtoriam Conradi II. cum enim Wippo omnes Reges Principesque commemoraſſet, qui ad electionem illius conuenerant, de Italicis ſic infert: Italiam tranſeo, cuius principes in breui conuenire ad regiam electionem nequiuerunt: qui poſtmodum in vrbe Conſtantienſi cum Archiepiſcopo Mediolanenſi & reliquis Principibus occurrentes Regi ſui facti ſunt, & fidelitatem libenti animo iurauerunt. XV.

Chron. Spir. lib. 5 cap. 17. circa fin & lib. 2. cap. 37.

Superuacaneam nulliuſque momenti tunc temporis fuiſſe ſanctionem iſtam, vel conſtitutionem ſiue Gregorij V. ſeu Othonis III. cum ab annis quingentis & quod excurrit, Germani ſemper ſoliti fuerint, nec non ius poteſtatemque habuerint eligere Regem. XVI.

Non poſſe nec debere Othonem III. authorem dici eiuſmodi ordinationis, cum eam ipſam longè anteà XVII.

Vero-

Digitized by Google

dus ab omnibus qui aderant expoſcitur, ad regnum leuatus in palatio Aquis coronatur.

XXIII. Non à ſeptem ſolummodo Electoribus, ſed ab vniuerſis regni Principibus Eccleſiaſticis & ſecularibus ex Italia & Germania congregatis electum fuiſſe FRIDERICVM I. teſtante Chronico Auguſtenſi, his verbis: Fridericus primus poſt Conradum tertium patruum ſuum apud Franckenfurt communi voto & conſenſu omnium Principum eſt electus ad Imperium Anno M. C. LII.

Friſingen. lib. 2. de geſt. Frid. cap. 1.

XXIV. Anno M. C. LXXXIV. Conuocaſſe Cæſarem Fridericum I. omnes Principes, Barones & Status ad Curiam Monguntiacum circa Pentecoſten, eoſq; in tantâ frequentiâ comparuiſſe, qualiter antea nunquam factum ſit. Conſilium regni peractum fuiſſe in publico campo, herbâ virente, per quatriduum; & de diuerſis regni negociis actum; & poſt quartum diem cunctos cum gaudio ad propria remeaſſe. Durante iſto conuentu Cæſarem ſollennibus cerimoniis filios ſuos Regem Henricum & Ducem Fridericum Rottenburgi gladio accinxiſſe: & præſumendum eſſe ex circumſtãtiis rei geſtę, quod dictus Henricus Cęſaris filius, ibidem in regem ſit confirmatus. In hac ipſa magnâ Curiâ, ſiue Comitiis, Cæſari officiales quatuor illos ſeculares in perſonâ miniſtraſſe. Scripto inſuper tradere Arnoldum Abbatem Lubecenſem, quod officium Dapiferi ſeu Pincernæ, Camerarij ſeu Marſchalci non niſi Reges, vel Duces, vel Marchiones adminiſtrauerint. Cæſarem quoq; iſthæc officia pro arbitrio & beneplacito ſuo, quibus voluerit in feudum cõcedere ſolitum: nunquam autem reperiri à quoquam proditum, quod circa hæc tempora, quatuor iſti Officiales ſeculares,

Otho de S. Blaſio cap. 26.

Chronic. Sclauor. lib. 3. c. 9.

C vnâ

vnà cum Eccleſiaſticis Officialibus regem elegerint.

XXV. Anno M. C. XCVIII. poſt mortem Henrici VI. denuo electionem Cæſaris penes omnes Principes ac Ciuitates fuiſſe: quorum pars Philippum Sueuiæ Ducem elegerit, qui plurimorum Principum & Ciuitatum auxilio fultus, tanquam Rex verus & legitimus regnum obtinuerit. Quoſdam verò principum Eccleſiaſticorum & Secularium deſignaſſe Othonem Saxoniæ Ducem, quem Innocentius III. Pontifex confirmauit. Iure igitur reprehendi Hoſtienſem quod exiſtimauerit Principes illos ab Innocentio III. in epiſtola ſua Decretali commemoratos, fuiſſe ſeptem illos Electores, ore omnium decantatos: cum ex epiſtola illa Pontificis planum fiat, eo ipſo tempore cunctos Imperij Vaſallos, tàm Eccleſiaſticos quàm ſeculares, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Abbates, Duces quoque Marchiones, Comites, Barones reputatos fuiſſe pro legitimis Electoribus Romani Regis.

XXVI. Anno M. CC. VIII. Cæſo Rege Philippo, *ſecundò* electum fuiſſe Ducem Othonem ab omnibus Principibus Eccleſiaſticis & Secularibus, *de qua electione Arnoldus Abbas taliter ſcribens in ſcenam producitur*: Indicta eſt Curia in Halberſtadt, vbi conuenerat maxima pars Prælatorum & Principum Saxoniæ & Thuringiæ, nec defuit Herbipolenſis Cunradus. Omnes igitur Principes qui conuenerant, pari voto & vnanimi conſenſu Othonem in Romanorum Principem & ſemper Auguſtum elegerunt, in nomine Patris, Filij & Spiritus ſancti, Archiepiſcopo qui primam vocem habere videbatur inchoante; proſequente verò Bernhardo Duce cum Marchione Miſnenſi & Landgrauio Thuringiæ, cum alijs, ad quos electio Regis pertinere videbatur. Præ-

Præſumendum omninò eſſe ex Alberto Stadenſi Abbate, eius æui ſcriptore, qui hiſtoriam ſuam vſque ad annum M. CC. LVI. perduxit: quod regnante Friderico II. ſanctio promulgata ſit vt deinceps ius & facultas eligendi ad ſolos regni officiales ſpectet; ſic etenim authorem iſtum tradidiſſe: Ex prætaxatione Principum & conſenſu eligunt Imperatorem Treuirenſis, Moguntinus & Colonienſis: & de ſecularibus Palatinus eligit quia Dapifer eſt, Dux Saxoniæ quia Mareſcalcus, & Marggrauius de Brandenburg quia Camerarius. Rex Bohemiæ quia Pincerna eſt, non eligit, quia non eſt Teutonicus. XXVII.

Henricum II. ſiue ſanctum prætendiſſe inſignia regni ad ſe ſpectare, iure hæreditario: hoc eſt, regnum ſibi competere tanquam hæredi, iure ſanguinis, ſiue ſucceſſionis: non igitur iure electionis, ſeu vigore ſanctionis Gregorianæ. XXVIII.

IN MONARCHIA ROMANA QVIS DESIGNANDORVM CÆSARVM MOS AB OCTAVIANO Auguſto, vſque ad Othonem III. fuerit obſeruatus.

CAPVT IV. Cap. IV.

PRiuſquam autem ad commemorata hactenus aduerſariorum argumenta, ſiue commenta potius, quibus Electorum inſtitutionem Gregorij V. Pontificis & Imperatoris Otthonis III. temporibus eximere, ac ſeculis longè poſterioribus mancipare conantur, reſpondeamus: inſtituti noſtri

Digitized by Google

ratio poſtulare videtur, vt veram comprimis ſententiam adſtruamus: quâ benè cognitâ, quæ contrà dicuntur per ſe ipſa euaneſcent, aut à quouis nullo negocio refelli poterunt.

Romana Monarchia Origo & progreſſus.

Quia verò de Romanâ Monarchiâ nobis ſermo eſt, cuius fundamenta, non abſque diſpoſitione diuinâ Iulius Cæſar olim iecit: Octauianus Auguſtus eidem formam dedit; quæque exinde ad hæc noſtra tempora durauit: ſciendum, non vno ſemper eodemq́; modo Principes, vel Cæſares aut Imperatores extitiſſe: ſed diuerſimodè ſe inuicem excepiſſe, quemadmodum mox dicetur.

Cæſares & Impp. diuerſimodè electi.

Sueton. in XII. Caſ.

Et vt à primis duodecim Cæſaribus auſpicemur, magna ſubinde varietas interceſſit. Octauianus Cæſar, à Iulio auunculo in familiam nomenq́; adoptatus in votis habuit, vt optimi Status author diceretur, & moriens ſecum ferret ſpem, manſura in veſtigio ſuo fundamenta reipublicæ, quæ iecerat: fecitq́; ipſe ſe voti compotem, niſus omni modo ne quem noui Status pœniteret.

Hic pater patriæ, & Cæſar Auguſtus à Senatu populoque Romano conſalutatus, poſt adminiſtratam LII. annis remp. Tiberium quem adoptauerat prius, collegam ſuum nuncupat, & ſucceſſorem relinquit. Tiberium C. Caligula excepit conſenſu Senatus & populi Romani: quo caſo Tiberius Claudius Druſus, primùm à gregario milite Imperator ſalutatus, & ad alios commilitones perductus, abſq́; his lectica impoſitus, & in caſtra delatus, poſtero die multitudine eum rectorem & nominatim expoſcente, armatos pro concione iurare in nomen ſuum paſſus eſt: primus Cæſarum in fidem militis etiam præmio pigneratus. Hinc Nero Claudius, ab excubitoribus pro Palatij gradibus Imperator conſalutatus, & raptim appellatis militibus in Curiam delatus eſt. Poſt hunc Sergius Galba in Hiſpaniâ S. P. Q. R. legatus, eum quaſi manumiſsioni vacaturus tribunal conſcendiſſet, Imperator renunciatus fuit; & ſeptimo menſe caſus Othoni

Digitized by Google

thoni Sylvio Imperium vacuum reliquit; hic namq; ingreſſus Senatum, poſitâq; breui oratione, quaſi raptus de publico, & ſuſcipere Imperium vi coactus, communi omnium arbitrio Palatium petiit. Nonageſimo autem & quinto Imperij die pugionis ictu ſe infrà lauam papillam traiecit: quo mortuo A. Vitellius à milite in veſte domeſticâ Imperator eſt conſalutatus. Eo autem haud longè poſt viliſſimâ morte affecto, Veſpaſianus à legionibus Princeps fuit deſignatus: nomenq́ eius vexillis omnibus ſine morâ inſcriptum. Hic filium Titum participem Imperij fecit, & poſt mortem in eo ſucceſſorem habuit: ſed is quoque maiore hominum damno quàm ſuo morte preuentus, Domitianum fratrem nihil minus quam Imperio dignum Cæſarem reliquit.

Haud certior ratio deinceps quoque deſignandorum Cæſarum fuit. Solebant nonnunquam Imperatores ſibi ipſis ſucceſſores adſciſcere: & ſæpe quidem non ſanguine iunctos, quamuis nec hi deeſſent, ſed extraneos: vt nimirum Reip. tanto melius proſpectum eſſet. Sic Nerua qui cæſo Domitiano Imperium obtinuerat, Traianum adoptatum Cæſarem deſignauit: & notatu digna ſunt, quæ hac de re Xiphilinus commemorat: ὁ Νερούας διὰ τὸ γῆρας καταφρονούμενος, ἀνέβη τε εἰς τὸ καπιτώλιον, καὶ ἔφη γεγωνήσας, Ἀγαθῇ τύχῃ τῆς τε βουλῆς καὶ τοῦ δήμου τῶν Ῥωμαίων, καὶ ἐμοῦ αὐτοῦ, μάρκον Οὔλπιον Νερούαν Τραϊανὸν ποιοῦμαι, καὶ μετὰ ταῦτα ἐν τῷ συνεδρίῳ Καίσαρά τε αὐτὸν ἀπέδειξε. *hoc eſt*, Nerua qui propter ſenectutem minime honorabatur, in Capitolium conſcendit, ibique magnâ voce, quod felix fauſtumq; ſit, inquit, Senatui Populoq; Romano, & mihi ipſi, MARCVM VLPIVM NERVAM TRAIANVM adopto: eundemq; poſtea in Senatu Cæſarem deſignauit. *Quâ autem fini Nerua fecerit, quod non conſanguineum aliquem, ſed extraneum Traianum ſibi ſurrogârit, idem explicat author, his verbis:* ἀλλ' οὐ γὰρ τῆς τῶν κοινῶν σωτηρίας ὁ αὐτὸς τὴν συγγένειαν προετίμησεν, οὔτ' αὖ ὅτι Ἴβηρ ὁ Τραϊανὸς. τὴν γὰρ ἀρε-

In Epitomi Dionis.

BIBLIOT. NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

τὴν, ἀλλ' οὐ τὴν πατρίδα τινὸς ἐξετάζειν δεῖν ᾤετο. *id eſt*, Nõ enim vir ille coniunctionem ſanguinis antepoſuit publicæ vtilitati: neq; rurſum eum deterruit quod Traianus homo Hiſpanus eſſet. Cenſebat enim virtutem cuiuſque, non patriam æſtimari & ponderari debere.

Idem f. 256. HADRIANVM, *quod non procul abeſſet, quodque magnas copias haberet*, ATTIANVS & PLOTINA *Imperatorẽ conſalutârunt: hic* L. COMMODVM *Cæſarem Romanis dederat: eo autem magnâ effuſione ſanguinis ſubitò extincto, domum conuocatis principibus Senatorij ordinis, decumbens in lecto* AVRELIVM ANTONINVM *ſuccenſuit: digna autem omnino eſt, vt nunquam memoriâ excidat eius oratio.*

f. 260. Ἐμοὶ, ὦ ἄνδρες φίλοι, γόνον μὲν οὐκ ἔδωκεν ἡ φύσις ποιήσασθαι νόμῳ δὲ ἡμεῖς ἐδώκατε. διαφέρει δὲ τοῦτο ἐκείνου, ὅτι τὸ μὲν γεννώμενον, ὁποῖον ἂν δόξῃ τῷ δαιμονίῳ, γίγνεται. τὸ δὲ δὴ ποιούμενον, αὐθαίρετόν τις αὐτὸς ἑαυτῷ προστίθεται. ὥστε παρὰ μὲν τῆς φύσεως ἀνάπηρον καὶ ἄφρονα πολλάκις δίδοσθαί τινι, παρὰ δὲ τῆς κρίσεως καὶ ἀρτιμελῆ καὶ ἀρτίνουν πάντως αἱρεῖσθαι. καὶ διὰ τοῦτο πρότερον μὲν τὸν Λούκιον ἐξ ἁπάντων ἐξελεξάμην, οἷον οὐδ' ἂν εὔξασθαι παῖδα ἠδυνήθην. ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνον τὸ δαιμόνιον ἡμῶν ἀφείλετο, εὗρον ἀντ' ἐκείνου αὐτοκράτορα ὑμῖν, ὃν δίδωμι, εὐγενῆ, πρᾶον, εὔοικτον, φρόνιμον μήθ' ὑπὸ νεότητος προπετὲς, μήθ' ὑπὸ γήρως ἀμελές ποιῆσαί τι δυνάμενον, ἠγμένον κατὰ τοὺς νόμους, ἡγεμονευκότα κατὰ τὰ πάτρια. ὥστε μή τί τι ἀγνοεῖν τῶν ἐς τὴν ἀρχὴν φερόντων, καὶ πᾶσιν αὐτοῖς καλῶς δύνασθαι χρήσασθαι. Mihi quidem chariſſimi viri, *inquit*, natura filium non dedit, vos verò lege dediſtis. Multum autem intereſt, naſcatur an adoptetur filius, propterea quod is qui naſcitur talis eſt, qualem eum fortuna dederit: eum verò qui adoptatur, vnuſquiſq; ſibi ſuo arbitrio probatum deligit. ex quo fit vt ille ſæpè naſcatur mutilus & demens; hic (quod certo iudicio fit) integer & ſanæ mentis deligitur. Quamobrem ego antea Lucium Commodum

modum vnum ex omnibus delegeram, qualem ne naſci quidem mihi optare potui. Sed cùm eum mortis fata peremerint, alterum pro illo vobis inueni, eumq́; vobis do, nobilem, mitem, manſuetum, prudentem, qui nihil temerè propter iuuentutem, nihil propter ſenectutem negligenter poteſt facere: Vixit enim ſemper legibus, fuitq; cum Imperio moribus & inſtitutis patriæ, vt neq; ea quæ ad Imperatorem ſpectant ignoret, neq; iis omnibus malè vti poſſit.

Sic igitur per iſta ſecula Rectores nacta fuit Reſpublica, & moderatores, bonos vel malos, vtiles aut inutiles; ſicut Imperator antecedens bonus malusúe fuit: aut pro eo ac populi fauor, in iſtum vel iſtum inclinauit; nec non quantùm militaris licentia præualuit; quæ plerumq; plus damni quàm cōmodi in Rempublicam inuexit.

Poſtea verò quàm præſtitutum iam olim à diuinâ prouidentiâ tempus aduenit, vt Domino noſtro ac ſeruatori IESV CHRISTO, *Regum Regi, & domino dominantium, regna mundi ſua ſceptra ſubijcerent, quod in Conſtantino Magno inchoatum ac deinceps impletum fuiſſe omnes hiſtoriæ, vniuerſiq; orbis vnanimis conſenſus teſtantur; ex eo ipſo quoq; tempore cùm quoad cætera Imperium in Eccleſia fundari, tum circa ſuccedendi modum paulatim ad perfectiorem formam perduci cœpit. Et Conſtantino quidem Magno in æterna translato tabernacula, Imperium inter tres illius filios eſt diuiſum, vel ab ipſo, vt quidam ſcribunt, vel eo defuncto, ex eorum conſenſu. Iulianum dein Apoſtatam, impropitio numine, legiones compertâ Conſtantij morte latis acclamationibus Auguſtum conſalutârunt: cui paulò pòſt bono Eccleſiæ extincto, nominante Salluſtio Præfecto Prætorio & cæteris, Valentinianus abſens ſucceſſit. Is Valentem fratrem Imperij conſortem adſciuit: poſt quem Gratianus Valentiniani filius, iam antea à patre Imperator appellatus, &* frater

Zonar. Tom. 2. fol. 116. col. 4.

Succeſſio Imperatorum Chriſtianorum.

frater eius Valentinianus Iunior ab exercitu eo nomine ſalutati, Imperio potiti ſunt. Theodoſius Hiſpanus à Gratiano nouæ Romæ Imperator deſignatus non longo interuallo poſt ſolus Imperauit: & diuiſo inter filios Arcadium & Honorium Imperio, eoſdem ſucceſſores poſt ſe reliquit. Sed ne præter inſtitutum omnes ex ordine Imperatores, quomodo ſibi inuicem ſucceſſerint, perſequar: vnum, alterumue addidiſſe prioribus ſufficiat. De electione IVSTINI *Imp. eiuſdem exſtat Epiſtola ad Hormiſdam Papam.*

Tom. 1. Epiſt. Decret. SS. Pōtif. part. 2. f. 477.

IVSTINVS *A. Hormiſdæ PP.*

Dei beneficia licet multis, maximè tamen ſummis Pontificibus conuenit indicari. proinde S. V. per has ſacras declaramus Epiſtolas, primùm quidem inſeparabilis Trinitatis fauore, deinde ampliſſimorum Procerum ſacri noſtri Palatij, & ſanctiſſimi Senatus, nec non electione firmiſſimi exercitus ad Imperium, nos licet nolentes ac recuſantes electos fuiſſe atq; firmatos. Precamur proinde vt ſanctis orationibus veſtris diuinæ potentiæ ſupplicetis, quatenus initia noſtri roborentur Imperij. Hoc enim & nos ſperare, & vos decet impetrare. Dat. Kal. Aug. Conſtantinopoli, Magno V. C. Conſ.

Sophia A. Iuſtini Iunioris vxor Tiberio Cæſari prouectum ſuum ad Imperium huiuſmodi oratione ad memoriam reuocat: Cum talis eſſes, qualis eras illis temporibus, & in magnâ apud Iuſtinum (maritum meum) gratiâ: populus te poſtulauit, ſenatus elegit, exercitus comprobauit, totumque Imperium electione tuâ lætatum eſt: quod non in exiguæ loco felicitatis eſt ponendum. Rarus enim eſt voluntatum omnium in vnius electione conſenſus.

TIBE-

Lib. 1. cap. 1. f. 43.

Tiberius hic Mauricium generum, quomodo allegerit Imperij ſucceſſorem, Theophylactus Simocatta elegantiſsimè iuxta & copioſè deſcribit: Τιβέριος τὸν τῆς ἱεραρχικῆς προεστῶτα καθέδρας συγκαλεσάμενος (Ἰωάννης δὲ καὶ ἐκεῖνο καιροῦ τοὺς τῆς ἐκκλησίας διΐθυνεν οἴακας) τὸν δὲ τῶν ἱερῶν ἀξιωμάτων συναθροισάμενος ξύλλογον, τούς τε δορυφόρους καὶ φύλακας, καὶ πάντας τοὺς ἐς βασιλέως τιμὴν συντεταγμένους, ναὶ μὴν καὶ τοὺς ἐπισημοτέρους τοῦ δήμου, *&c. hoc eſt.* TIBERIVS *(ex atrâ bile, ſicut ex præcedentibus conſtat, grauiter ægrotans)* accerſito Iohanne, qui ea tempeſtate Cathedram Hierarchicam obtinens Eccleſiæ gubernacula moderabatur, virorum præterea Eccleſiaſticas dignitates gerentium coacto collegio, præſentibus item Prætorianis militibus & cuſtodibus corporis, & aulicis demum vniuerſis, nec non ciuibus primariis, &c. *Sequitur deinde oratio perelegans, quam Imperatoris nomine* IOANNES QVÆSTOR *ad cœtum iſtum habuit, cui Simocatta iſthæc ſubnectit:* ὅτι τοίνυν τὰ τῆς διαλέξεως ἐπεπέρατο τῷ αὐτοκράτορι, πολὺ τοῖς θεαταῖς τὸ δάκρυον ἐπεκύμαινε. τῶν μὲν ἀνιωμένων ἐπὶ τῷ πάθει, παρ' οἷς καὶ τὰ τῆς εὐνοίας ἦν λιπαρώτερα, ἄλλων δὲ κατακηλουμένων ἐπὶ τῷ οἴκτῳ διὰ τῆς συμπαθείας. φιλεῖ γὰρ ἡ συμφορὰ καὶ τῷ θεατῇ μεταδιδόναι τοῦ πάθους. τὴν στεφάνην δ' ὁ βασιλεὺς ἀράμενος, τήν τε πορφυρᾶν διπλοΐδα, ἀμπέχει τὸν καίσαρα. διεχεῖτο δὲ πολλὴ τῆς εὐφημίας παρὰ τῶν ὑπηκόων βοή. ἔνιοι γὰρ τὸν προεστησάμενον ἀπεθαύμαζον, ἀγάμενοι τῆς εὐβουλίας τὸν αὐτοκράτορα. ἕτεροι τὸν ἀναρρηθέντα καὶ τηλικαύτης ἡγεμονίας ἑαυτὸν παραδεξάμενον ἄξιον. ἅπαντες δὲ τὸν αἴτιον τούτων ἁπάντων θεὸν, ἄμφω ταῦτα καλῶς συμβιβάσαντα. ἐπεὶ δὲ ὁ μέγας οὗτος καὶ ὕστατος τοῦ βασιλέως σκοπὸς διανυθεὶς ἐπετέλεστο, τότε τῆς ἀναγορεύσεως ἔθη κατὰ τοὺς βασιλικοὺς θεσμοὺς ἐπεπλήρωτο, ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ κλίνην Τυβέριος ὁ αὐτοκράτωρ ἀνέζευξεν. *id eſt.* Poſtquam dicendi datus finis, omnes collachrymari largiſſimè, cùm alij ſuper morte Imperato-

ris iam proxima dolorem caperent (quorum videlicet in ipſum beneuolentia teſtatior erat) alij per Sympathiam miſeratione colliqueſcerent. Solet enim aliena calamitas ſenſum ſui communicare cum intuentibus. Tum Imperator coronâ purpureâq; Chlamyde Mauricium Cæſarem induit: inde multa fauſtum acclamantium gratulantiumq; vox ſecuta eſt. Quidam enim renunciantem de tam bono conſilio admirari: quidam renunciatum ſuſpicere, qui tanto Imperio parem animi virtutem attuliſſet. Omnes autem horum auctorẽ Deum collaudare, qui ambo hæc adeò ſalutariter conciliauiſſet. Vbi ſummi momenti vltimusq; Imperatoris Scopus & voluntas ad exitum ſuum perducta, conſuetudoq; legitima in creando Imperatore ſeruata eſt, ad lectulum ſuum Tiberius Auguſtus rediit.

Quæ fuerint iſta ἀναγορεύσεως ἔθη κατὰ τὸν βασιλικὸς θεμὸς, *hoc eſt*, conſuetudo legitima, in creando Imperatore ſeruari ſolita, *cùm aliunde, tum ex Zonera liquet*, qui à viris patriciis & collectâ turba promiſcuâ conclusâ in Orientalem Regiam IRENE Imperatrice, NICEPHORVM Logothetam in magnâ Eccleſiâ diademate coronatum, & Imperatorem proclamatum fuiſſe commemorat. *Et Codinus formam in coronando Imperatore ſeruatam Conſtantinopoli prolixis verbis deſcriptam tradidit.*

Tom. 3. fol. 140 col. 4. & f. 141. col. 1.

Tranſlato poſtmodum à Græcis ad Germanos in perſonâ Caroli Magni Occidentis Imperio, Anno DCCC. I. in poſteritate illius idem Imperium continuâ ſucceſſionis ſerie permanſit vſq; ad LVDOVICVM ARNVLPHI *Cæſ. filium. Carolus enim Magnus diuiſo in teſtamento ſuo inter filios regno in tres partes, aſſignatâ vnicuique ſuâ parte, Imperium Romanum hoc eſt ipſam Cæſaream & Imperialem dignitatem minimè diuiſit, ſed conſentiente, idq; ratum habente Summo Pontifice*

Carolingorum ſucceſſio.

P. Gretſer. in Defenſ. contra Rep. lib. 1. cap. 5.

Digitized by Google

ſice per inaugurationem & coronationem ſubſecutam LVDOVICVM filium in eo ipſo Imperio ſucceſſorem conſtituit. Ludouicus Pius eo quo diximus modo filium LOTHARIVM conſortem ſibi allegit: poſt hunc filius Ludouicus II. Imperij titulum cum ipſo regno Italiæ obtinuit.

Sigon. lib. 5. de regn. Ital.

CAP. V.

Deinde cùm in Caroli M. ſtirpe, ſicut proximè dictum, huc vſq; Imperij decus regnumq; Italiæ à patre viuente maximo natu filio deferri, idq; ſubſequente Archiepiſcopi Mediolanenſis, ac demum Pontificis conſecratione confirmari vſu receptum eſſet; extincto ſine virili prole Ludouico, magna pro illo decore conſequendo certamina concitata ſunt: ſed præualuit CAROLVS Caluus: quem in Imperio ſubſecutus eſt Ludouicus Balbus, in Italia regno Carolomannus: dein Carolus Craſſus Imperium ſuſcepit; poſt hunc Arnulphus, ac poſtremò huius filius Ludouicus. Deficiente tandem Caroli ſtirpe, in quâ hæc dignitas Imperialis hactenus à maioribus ad poſteros hæredes tranſiens, perinde ac ſi hæreditaria eſſet, annis circiter CX. durauerat; Conradus è Franconiâ oriundus à Proceribus ſufficitur; & poſt hunc Henricus Saxo, Auceps, cognominatus. Huic ſubrogatus filius Otho I. ſiue Magnus; poſt quem filius & Nepos ſecundus tertiusq; Othones eodem imperiali faſtigio eminuerunt ſublimati.

Henrici Aucupis ſucceſſores.

MODVS DELIGENDI CÆSARIS AB OTTONE III. DEINCEPS: ET QVIBVS DE CAVSIS idem Imperator Septemuiros Imperij inſtituerit?

CAP. V.

CAPVT V.

Otto III. quibus rationibus permotus Electores inſtituerit, auctore & ſuffragatore Gregorio V. P. M.

CVm autem Otho tertius prole maſculâ deſtitueretur, & multis manifeſtisq́; exemplis tàm Creſcentij quàm aliorum dediciſſet; quanta & quàm pernicioſa factiones vacante Imperio circa ſucceſsiones enata fuiſſent: proſpicere inſuper volens Germania patria ſua, & Imperialis excellentiam faſtigij iſti nationi in perpetuum accommodare: auctore & ſuffragatore Gregorio V. Pont. Maximo, & conſilio Principum regni ſanctionem ab ipſo Pontifice roboratam tulit, vt poſthac regnum ſiue Imperium non tanquam hereditario iure deferretur ſucceſſoribus: ſed vt ſoli Germani Principes, & hi quidem non promiſcuè omnes, ſed ij tantum, qui hanc poteſtatem à Sede Apoſtolica acceperunt, Germanum eligerent Regem, poſtmodum à Pont. Max. approbandum, & in Imperatorem Romanum promouendum.

Georg. Sabin. de elect. & coronat. Caroli V.

Communis hac ſemper fuit, ab Othonis III. & Gregorij V. Pontificis auo, annos vltra quingentos ſententia non ſolùm hiſtoricorum, ſed etiam Theologorum, Iureconſultorum, & Politicorum, quos à tot ſeculis Germania, Italia, Gallia, Hiſpania, aliaq́; nationes externa produxerunt. In hanc ipſam ſententiam, verè & eleganter Archiepiſcopus Moguntinus Septemuir grauiſsimâ oratione ad Coëlectores ſuos habitâ, cum de eligendo Carolo V. Caſare res ageretur perorauit. Hæc, *inquiens,*

certamina *(de quibus ſermonem fecerat)* vt caueret ad poſteritatem Otho III. grauiſſimo conſilio & comprobante Romano Pontifice, collegium Electorum inſtituit: cuius Collegij ſapientiâ & fide iam annos quingentos Imperij poſſeſſio in hac natione relinqueretur; quod non modo Germanicæ nationi glorioſum eſt; ſed etiam toti Europæ multis modis ſalutare fuit.

Neq; verò vnquam quiſquam de ordinatione iſta dubitauit donec hoc noſtro ſeculo ad nouandum omnia, & in dubium reuocandum plus nimis prompto nonnulli prodierunt; qui Septemuiralem hanc inſtitutionem impugnârunt: qui tamen, ſi cum alteris conferantur, pauciſſimi ſunt. Adeoque ex noſtri æui ſcriptoribus, quamuis à Sede Apoſtolicâ alienis, pro ſingulis Gregorianæ ſeu Othonianæ conſtitutionis impugnatoribus, viginti & plures reponere in promtu habeo, qui communi ſententiæ ſubſcribentes, contrariæ opinionis adſtipulatores reſpuunt, eoſq; manifeſtæ falſitatis arguunt. Quin etiam nonnulli palàm aſſerunt, ſaluberrimam iſtam nec non laudatiſſimam prouiſionem Othoni III. Imp. diuinitus fuiſſe inſpiratam. In his etenim Septemuiris fundatum eſſe Romanum Imperium: quibus ſublatis finem adfore ipſius Imperij, & in propinquo eſſe extremum diem. Cum hac enim Monarchia vltimâ conſumendum eſſe mundum.

Valent. Munzerus in Chronic. fol. 66.

CONSENTIENTIBVS PLVRIMORVM AVTHORVM TESTIMONIIS DEMONSTRATVR Septemuiros Imperij iam à quinque ſeculis extitiſſe.

Cap. VI.

CAPVT VI.

FVit ergò ſemper omnium conſentiens & indubitata ſententia: Electores à Gregorio V. Pontifice Maximo & Ottone III. inſtitutos; & hanc ipſam formam Imperio Romano datam, quæ in hodiernum adhuc durat. Et vt noſtri ſæculi ſcriptores, nimirum ab Anno M. DC. vſque ad annum M. D. præteream, quorum vltra centum præſtò ſunt: eos ſolùm, licet non omnes in medium producam, qui ab Anno M. D. vſque ad annum M. CD. vixerunt ſcripſeruntque & hunc modum deinceps per cætera retroacta ſæcula tenens, primæua Septemuirorum originis veritatem manifeſtam dabo.

I. Ioannes Trithenivs *Spanheimenſis Abbas:* Gregorivs, *inquit*, Papa V. congregatâ ſynodo ſtatuit conſentientibus Romanis & omni clero, Romanum Imperium apud Germanos debere perpetuis futuris temporibus permanere, ita vt Germaniæ Principes per Othonem tertium deputat, habeant ius & poteſtatem Imperatorem eligendi. Quæ conſtitutio iam per annos ſex & quingentos vſque ad nos inuiolabili ſtabilitate ſeruata eſt.

Ab Anno MD. vſq. M C. D. Chron. Hirſaugien. ſub Anno DCCCC. XCVI. fol. 12.

II. Ioannes Navclervs: Hoc in tempore *(poſt annum 994.)* Electores Imperij primùm inſtitnti leguntur, de quo aliqui ſcribunt, quod Otto III. cum hæredes

des ex ſe deſcendentes mares non haberet, conſtituit ex conſilio Principum Germaniæ, vt Imperatore mortuo in oppido Francofurt perpetuò fieret electio: Electoresque conſtituit tres Archiepiſcopos, Moguntinum Germaniæ, Colonienſem Italiæ, Treuerēſem Galliæ nomine, & cum his alios quatuor ſeculares Principes, Palatinum Comitem Rheni, vt ex officio etiam eſſet Dapifer, Ducem Saxoniæ, qui eſſet Mariſcalcus, marchionem Brandenburgenſem, qui eſſet Camerarius, & regem Bohemię, qui archipincerna Imperij eſſet. Hi Septem Principes eligendi Imperatoris ius & poteſtatem ſic acceperunt. Itaque aiunt Gregorium quintum cognitâ Imperij imbecillitate varietateque fortunæ, quò diutius apud Germanos ſumma poteſtas remaneret, illeque cæteris Principibus præeſſet, qui virtute & dignitate cæteris præſtaret, retuliſſe ſanctionem de Imperatore deligendo, videlicet ſolis licere Germanis Principem deligere, qui Cæſar & Romanorum Rex appellatus, tum demum Auguſtus & Imperator haberetur, cum à Romano Pontifice benedictione præmiſſâ coronaretur: & quod ordinauerit cum procerum Germaniæ conſenſu Electores prædictos, qui vice omnium eligere deberent. Quod autem à quibusdam ſcribitur ſanctionem hanc inſtitutam fuiſſe anno ſalutis noſtræ M. & II. hoc ita intelligendum puto, quod eo anno virtute iſtius ſanctionis, prima facta fuerit per Principes deſignatos electio in perſona HENRICI Bauari: tunc enim cœpta eſt moribus vtentium approbari, & ſic ſub Sylueſtro ſecundo, qui ſucceſſit Gregorio: & hoc ſaluari poteſt, quod ex monumentis Aquileienſis Eccleſiæ traditum inuenitur. ſanctionem de Imperatore à Germanis deligendo Sylueſtri

ueſtri temporibus factam fuiſſe; vnde etſi Gregorius ſanctionem inſtituerit, ille tamen Syluester electionem primam iuxta ſanctionem factam approbauit.

III. CONRADVS VECERIVS *Secretarius Regius expreſſis verbis habet:* Principes quorum legendi Cæſaris ius eſt, &c.

De geſtis Henrici VII. anno 1308. electi.

IV. IACOBVS PHILIPPVS PORCIVS *efficientum cauſam* in Pontifice Chriſti Vicario, ſiue Eccleſiâ conſtituit, quæ Romanum imperium in perſonâ magnifici Caroli à Græcis in Germanos tranſtulit.

Conſ. 4. & conſ. 167.

V. IOANNES STELLA *Venetus:* Otto *(IV.)* imperauit annis & mortuus eſt ſine liberis: & Imperatores poſtea per electionem non per ſucceſſionem, facti ſunt.

f. 14.

Otthonem III. vocat IV. connumerando Otthonem I. de quo Suetonius.

VI. IOANNES BAPTISTA EGNATIVS: Gregorius *(V)* reſtituitur, qui ſtatim ſanctionem eam tulit, quæ der quingentos annos adhuc durat; Imperatorum nullus hereditatem vendicato: Principes ſex, ſacri ordinis tres, profani totidem eum deligunto: hi ſi diſcordes fuerint, Bohemiȩ regem cooptanto.

Romanor. Prin. cap. lib. 3.

VII. FRANCISCVS IRENICVS. Ex conſtitutione Gregorij V. ac Ottonis III lege cautum erat, vt is qui virtute magis excelleret inter principes imperio potiretur, nec genere Imperialis apex propagaretur. *Et idem alibi:* Tranſlato imperio ad Germanos Gregorius V. electioné fecit, vt Sigebertus Gemblacenſis, Gothfridus, Rhegino, Otto Friſingenſis & Platina in vita eius ſcripſerunt. Moguntinum, Treuirenſem, Agrippinum Epiſcopos Germaniæ, Galliȩ, Italiȩ deſtinauit. Quæ quidem Lupoldus capite X. de zelo Germanorum, ſcri-

Exeges Germ. lib. 3. cap. 35.

Cap. 19.

ſcribit, & hos Eccleſiaſticos. De numero verò Principum ciuilium, Bohemiæ regi, vt ſcribit Platina tantum & honorem & Romani Imperij amorem primas partes obtulerunt. Palatino inde, Duci Saxoniæ, Marchioni Brandenburgenſi, authoribus prædictis. Hi ergò Germaniæ Principes ſummam eligendi Imperatorem poteſtatem habent, & vſque ad noſtra tempora habuerunt. *Idem* ſacratiſſimi Imperij electores conſtitutos fuiſſe *ſcribit* tempore Gregorij V. Papæ, & Othonis III. *Cap 54.*

VIII. BARTHOLOMEVS SALICETVS[a] electio Imperatoris ſpectat ad Principes de Alamania, & *ibi addit in verb. ſpectet.* quod electionarij Imperatoris ſint certi videlicet Archiepiſcopus Colonienſis, qui eſt Cãcellarius totius Italiæ, & qui Imperatori electo poteſt dare adminiſtrationem totius Imperij: Archiepiſcopus Treuirenſis qui eſt Cancellarius Galliæ, Archiepiſcopus Moguntinenſis, qui eſt Cancellarius Germaniæ. Marchio Brandenburgenſis qui eſt præpoſitus Cameræ Imperatoris, Dux Saxoniæ qui eſt portator enſis Imperatoris; &c. *Idem alibi* [b] *tradit:* quod eiuſdem virtutis & poteſtatis debet eſſe electio facta à Principibus Alamaniæ; cuius poteſtatis & virtutis erat electio facta à populo Romano, cum ſubrogatum aſſumat naturã eius, &c. Sed electio olim facta à Populo Romano acceptione ſecuta erat tantæ poteſtatis, quod omnem iuriſdictionem transferebat in principem ſeu Imperatorem; ergò & hodie electio facta per illos principes Alamaniæ, ſubrogata loco populi Romani, &c. *quibus verbis illos Principes, certos quoſdam denotat.*

a in l. imperialis C. de LL. & Conſtit. n. 3.
b Benè à Zenone. C. de quadrien. præſcript. nu. 8.

IX. IOANNES BAPTISTA PLATINA. Gregorius in priſtinam ſedem XI. menſe poſtquam pulſus fuerat, *In Vita Gregorij V.*

E reſti-

reſtituitur. Is autem cognita Imperij imbecillitate varietateque fortunæ, quò diutius apud Germanos ſumma poteſtas remaneret, illeque cæteris præeſſet, qui virtute & dignitate cæteris præſtaret, ſanctionem retulit haud abnuente Othone de Imperatore eligendo anno Chriſti M. ac ſecundo, quam vſque ad tempora noſtra ſeruatam videmus. Videlicet ſolis Germanis licere Principem deligere, qui Cæſar & Romanorum Rex appellatus, tum demum Imperator & Auguſtus haberetur, ſi eum Romanus Pontifex confirmaſſet. Hos autem Imperatoris eligendi authoritatem primò habuiſſe Ptolemæus refert: Archiepiſcopum Moguntinum Germaniæ, Archiepiſcopum Treuirenſem Galliæ, Archiepiſcopum Colonieſem Italiæ nomine. His additi & quatuor Principes, Marchio Brandenburgenſis, Imperatoris poſt electionem Camerarius, Comes Palatinus qui Dapes, Dux Saxoniæ qui enſem fert. Sunt qui ſcribunt Boëmiæ regem ſeptimum Electorem, Imperatoris pincernam eſſe: hisq; in eligendo additum eſſe ad tollendam diſcordiam partium: ad vtros enim inclinaſſet, ea pars certè potior habebatur. *Idem Platina:* Benedictus Octauus, *&c.* inito Pontificatu in demortui Othonis III. locum Henricum primùm è gente Bauara Imperatorem, ſecundum inſtitutionem Gregorij quinti creatum, corona Imperij donat.

In Vita Benedicti VIII.

X. Donatvs Bossivs *Mediolanenſ.* Anno Domini M. IV. Henrico per electionem ad Imperium aſſumto, primùm inſtitutum fuit, vt in futurum non per ſanguinis ſucceſſionem duceretur Imperium: ſed proceres quidam in Germania principes vnà cum quibuſdam Pannoniæ id eſt Hungariæ Principibus poteſtatem haberent Imperatores deligendi: quod vſq; in præſentem

In Chronolog. Anno M. IV.

ſentem obſeruatur diem. *a Quod de quibuſdam Pannoniæ Principibus infert, error eſt, homini extraneo condonandus: eoq; facilius, cum noſtrates domi ſuæ nonnunquam errent.*

ANTONIVS BONFINIVS. Gregorius autem V. Pont. Max. vndecimo exilij menſe reſtitutus iniurias à pop. Rom. ſuſceptas vlciſcitur. Paulò pòſt Germanorum ope in dignitatem Pontificiam reſtitutus, & cùm ipſe quoque Germanus eſſet, Saxonum gente natus, & arctiſſimâ conſanguinitate Othoni coniunctus, Imperatoriſq; opera & auctoritate ante hæc in Pontificatum euectus: vt nationi ſuæ blandiretur, eam de Imperatorum electione ſanctionem promulgauit, quæ per annos vltrà quadringentos diligentiſſimè ſeruata eſt. Solis licere Germanis, quibus eligendi poteſtas data eſt, principem creare, qui ſtatim Cæſar & Romanorum Rex dicitur, & cùm à Romano Pontifice Maximo Coronâ donatus approbatur, Imperator Auguſtus appellatur. Ex Metropolitanis Electores hi ſunt, Moguntinus, Treuirẽſis, Colonienſis: è Principibus tres; Brandenburgenſis, Palatinus & Saxonienſ. è regibus vnus tantùm, Bohemiæ Rex: ſanctio facta ſalutis anno ſecundo ſuprà milleſimum, diſtincta inter Electores officia. Tres primi Cancellarij ſunt, Germaniæ primus, ſecundus Galliæ, Italiæ tertius. Brandenburgenſ. Camerarius, Palatinus Dapifer, Saxonienſ. Ianitor, Rex Boëmię Pincerna eſt. Promulgata ſanctione, Otho in Germaniam rediit. Gregorius paulò poſt diem ſuum obiit. XI. *Rer. Hungar. Decad. 1. lib. 10.*

WERNERVS ROLEVVINCK. Et nota, *ait*, quod iſte Gregorius (V.) cùm Ottone prædicto ordinauit electores Imperij in Almania, qui deinceps permanſerunt vſque nunc, nec potuerunt Franci aut alij infringere. XII. *In faſc. temp. ætat. VI. fol. 70. b. Anno 994.*

XIII. *In ſum. Feud. tit. de ſucceſſ. feudi quaſt. 30.* Iacobvs *de Ardizone*: Imperator non tranſmittit Imperium ad hæredes per ſucceſſionem: quia defertur electione non ſucceſſione. *& poſt aliqua:* Hodie quidem Principes eligunt Imperatorem, qui poteſtatem eligendi ab Apoſtolica Sede acceperunt: ſed examinatio, promotio, vnctio, conſecratio, coronatio, & manus impoſitio ad dominum Papam ſpectant, &c.

XIV. *De poteſt. Imp. & Pap. nu. 3.* Antonivs *de Roſellis aſſerit*: Imperium tranſlatum fuiſſe per Stephanum Papam à Græcis ad Germanos; Electores poteſtatem accepiſſe ab Eccleſia & Papa. *Num. 6.* *Idem clarè etiam pronunciat* Imperium eſſe apud Germanos.

XV. *Cap. 9.* Chronicon Norimbergen. *M.S.* Cum quo *(Ottone III.)* Henricus Dux pro tunc Bauariæ Romæ exiſtens, eidem in ſeditione fideliter aſtitit: poſtq; eum *Cap. 12. in fin.* ad Imperium per electores primus electus eſt, *&c. Et rurſum*; quod primus Electus ab Electoribus fuit noſter Heinricus ſanctus. nec ignoramus Decretalem Venerabilem, quid loquatur, & à quo, & quando emanauerit.

XVI. *De concordant Catholic. lib. 3. cap. 3.* Nicolavs Cvsanvs. Poſt cuius mortem Henricus II filius fratris Othonis III. electus eſt. & hic Imperator conſenſu procerum primatum, & vtriuſq; ſtatus Cleri & populi perpetuos Electores, qui vice omnium eligerent, ordinauit tempore Gregorij V. Alemanni, conſanguinei quondam Otthonis.

XVII. *Lib. 3. conſ. 1. nu. 12. & conſ. 127. n. 3. vel. 1.* Philippvs Cornevs, Imperator, *ait*, eligitur ad Imperium à Principibus Alemanniæ, & à Papa inungitur, conſecratur & coronatur, & ante dicitur Rex Romanorum, non Imperator, ſed ad Imperium promouendus, poſtea verò dicitur Imperator.

XVIII. Alvarottvs. Hodie de conſuetudine, quæ à iu-

re approbatur, electio Imperatoris ſpectat ad certos Principes Alemaniæ, quorum tres ſunt Clerici, & ſunt etiam Cancellarij Imperij videlicet, Archiepiſcopus Moguntinus, qui eſt Cancellarius Germaniæ, Colonienſis Italiæ: Treuiren. Galliæ. Et quatuor ſunt Laici, videlicet, Comes Rheni, Dux Saxoniæ, Marchio Brandenburgenſ. & Rex Bohemiæ, qui olim erat Dux, *&c. & infrà:* Et iſta talis ordinatio Electorum fuit facta ex cauſa tempore Otthonis III. ne Imperium iret per ſucceſſionem, ſicut tunc iuerat per tres Otthones Imperatores ſucceſſiuè. Quæ ordinatio facta fuit in anno M.

ÆNÆVS SYLVIVS. Potentia Germanorum triſariam diuiſa eſt, *&c.* Inter Prælatos tres ſunt, opibus & potentia excellentes, atq; inter Electores Imperij honoratiores Archiepiſcopi & Archicancellarij, per Germaniam Moguntinus, per Gallias & regnum Arelatenſe Treuirenſis: per Italiam Colonienſis. Et Moguntinus quidem Electorum Decanus habetur, qui, vbi neceſſitas ingruit, eos conuocat. Treuerenſis verò in electione Imperatoris primam habet vocem. Colonienſis autem non modò Electoratus honore fungitur, ſed Dux etiam Weſtphalorum appellatur. *Idem alio loco:* Diximus tres Archiepiſcopos in electione Imperatoris vocem habere, ſed cum his quatuor alij cōcurrunt ex Principibus ſecularibus, Quorum primus eſt Rex Bohemiæ, ſecundus Comes Palatinus Rheni, qui & vnus eſt ex domibus Boioariæ, ſeu Bauariæ: tertium ducem Saxoniæ faciunt, & vltimum Marchionem Brandenburgenſem. Et in Curia quidem Cæſaris Rex Bohemiæ pincernæ officium implet, Comes Dapiferi, Dux Marſcalci, Marchio Camerarij.

XIX. *In deſcript. Germania. cap. 59.* *Cap. 65.*

BONIFACIVS *de Vitalis aſſerit:* Imperium per Pa- XX.

Digitized by Google

In Clem. Romani, de iureiur. nu. 14. & ſeq. pam Stephanum ad Germanos ſeu Teutonicos in perſona Caroli Magni tranſlatum: & ab eadem Eccleſia Romana Principes numero ſeptem fuiſſe conſtitutos.

XXI. *In ſpecul. hiſtor. part. 2. nu. 16. cap. 4.* B. Antoninvs *Archiepiſcopus Florentinus diſertè ſcribit*, Henricum inunctum à Willigiſo Archiepiſcopo Moguntino, *& paulò poſt addit:* ſed vt ſcribit Ioannes de Colon. ſciendum quod non ſtatim poſt mortem tertij Othonis iſte Henricus fuit electus Imperator. Nam mortuo Othone per annum & amplius vacauit Imperium, cùm de eligendo Imperatore Principes Alemanniæ non concordarent. Nam quamuis iſti tres præcedentes Othones per ſucceſſionem generis imperauerint, poſt mortem vltimi, vt dicit Martinus in Chronico, inſtitutum fuit, vt Imperator Principum prouiſione eligeretur, ſcilicet per *Officiales Imperij.* officiales Imperij, qui ſunt ſeptem, &c.

XXII. *Aen. Syluin epiſt. Blondi fol. 33.* Blondvs. tunc Gregorius V. poſt vndecimum menſem ſuæ fugæ reſtitutus, ſanctionem de electione Imperatoris fecit Anno Chriſti M. II, quam hucuſque per annos ſupra quadringentos ſeruatam videmus, ſolis licere Germanis Principem deligere, qui Cæſar & Romanorum Rex appellatus, ſi à Romano Pontifice confirmetur, Imperator & Auguſtus nominetur. Electores ſex conſtituti ſunt omnibus noti, quibus additus eſt ſeptimus Rex Bohemiæ. Germani electores tunc primùm anno incarnationis tertio ſupra milleſimum conceſſo iuri innitentes Henricum Bauariæ Ducem Cæſarem declararunt.

XXIII. *In Chronic. Anno M. IV.* Matthævs Palmerivs. Henrico per electionem ad Imperium aſſumto primùm inſtitutum fuit, vt in futurum non per ſanguinis ſucceſſionem duceretur imperium; ſed Proceres quidam in Germania Prin-

Principes, vna cum quibuſdam Pannoniæ Principibus poteſtatem haberent Imperatoris deligendi, quod vſque in præſentem obſeruatur diem.

XXIV.

BALDVS[a] vadere *ait*, Imperium non per ſucceſſionem ſed per electionem,[b] & ibidem: ſi Electionarij Imperatoris negligunt eligere, vel eligunt in diſcordia, quod electio ad Papam deuoluatur. *Idem Baldus*[c] nullum eligi poſſe niſi Germanum. *Et alibi*[d] Imperium deferri electione, non ſucceſſione, & illos, qui ita eligunt auctoritatem eligendi ab Apoſtolica Sede accepiſſe: examinationem, promotionem, vnctionem conſecrationem, manus impoſitionem ad dominum Papam ſpectare, *&c. Item.*[e] eligitur *(Imperator)* ab ijs qui ſoliti ſunt eligere, ſunt enim certi nobiles qui auctoritatem & priuilegium, ab Apoſtolica Sede habent principem eligendi. *Item.* quamuis videri poſſit, quod ſucceſſione imperium deferatur *(vt ibidem explicat Baldus)* hoc tamen contingere potius electione Principum, quàm ſucceſſione.

a In l. benè à Zenone n. 4. C. de quadrien. præſcript.
b n. 9.
c In c. Venerabilem ex de electione.
d de pac. Conſtant. num. 43.
e Verb. quis autem eligit nu. 46. & nu. 48.

Et alibi: Anno Domini Milleſimo, aliàs ab incarnatione M.IV. inſtitutum ſic fuit, quod Officiales Imperatoris eligant ipſum Imperatorem, & eligentes Alamani ſunt iſti, &c.

In Margarit. Verbis annus.
Ab Anno 1004. vſque M.CCC.

XXV.

FRANCISCVS ZABARELLA *Cardinalis*. Imperatorem ex electione Imperium habere, & Imperatorem perſonæ ſuæ approbationem ad Imperium recipere à Papa: & apud Teutonicos eſſe regnum mundi & regnum Romanæ Eccleſiæ: Ius quoque eligendi Imperatorem ſpectare ad certos Principes, &c.

In c. 1. ext. de iureiur. col. 2.

XXVI.

IOANNES VILLANVS *Florentinus, qui hiſtoriam vniuerſalem patrio ſermone conſcripſit, & perduxit vſque ad annum 1348. Inſtitutionem hanc Electorum, Gregorio V.*

Papa

Papa aſſignat, & Cardinalibus cæteriſq́; Principibus Romanis; vbi notandum, ſcribere eum vt plerosq́; alios de noſtro negotio, & enumerare Electores ſecundum receptam communiter ſuo æuo opinionem, & vſitatum loquendi modum, citra tamen vllum veritatis præiudicium. Sed Villanum ipſum qui vult, adeat.

Lib. 1. hiſtor. Vniuerſ. lib. 4. cap. 1.

XXVII. *Quin & ipſa Caroli IV. aurea Bulla non heri aut nudius tertius Electores natos, ſed ab antiquo extitiſſe clarè teſtatur, eiuſmodi verbis*: Iuxta antiquam laudabilem conſuetudinem. *&c*: quia de antiquâ approbatâ & laudabili conſuetudine inconuulsè quod ſubſcribitur ſemper hactenus extitit obſeruatum. *Item*; Moguntinus Archiepiſcopus poteſtatem habebit, ſicut poteſtatem habuiſſe dinoſcitur ab antiquo, cæteros Principes antedictos, ſuos in dicta electione conſortes conuocandi. *Similiter*: vt ſolitum eſt fieri ab antiquo, *&c.*

Cap. 1.

Cap. 4.

XXVIII. BARTOLVS *de Saxoferrato.* Hodie omnem poteſtatem Imperij *tradit* eſſe abrogatam à populo. Ius enim eligendi habere Principes de Alamannia, *&c. Idem Bart.* Creationem Imperatoris non eſſe ex ſucceſſione, ſed ex electione.

In l. fin. C. de legib.
In l. non ambigitur. ff. de leg. nu. 1.

XXIX. RVPERTVS *Bauariæ Dux, Com. Palat. Rheni publicis litteris profeſſus eſt,* quod Boëmiæ reges ab Atauis, Proauis & progenitoribus ſuis habuerint continuò, habeantq́;, & habere debeant ius & vocem plenè & omnimodò, ad inſtar aliorum Electorum tam ſpiritualium quàm ſecularium in electione Romani Regis ad Imperium promouendi: *de qua re infrà ſuo loco plura dicentur.*

XXX. IOAN. ANDR. Non ſucceſſione ſed electione regnum ſeu Imperium deferri, *ſcribit, & ibidem exemplificat.*

In c. ad Apoſtolica, de ſent. & re iud. in 6. col. 3.

XXXI. MATTHÆVS PARIS. *Electores Imperatorum illo ipſo tem-*

tempore fuiſſe commemorat, quamuis ex iſtâ commemoratione ſatis appareat, rerum Imperij eum minus fuiſſe gnarum. Verba illius hæc ſunt. Electores Imperatoris. Laici, Dux Auſtriæ, Dux Bauariæ, Dux Saxoniæ qui & Louaniæ. Prælati Archiepiſcopus Colonienſis, Archiepiſcopus Moguntinus, Salisburgen. principalis. His à Domino Papâ directa eſt diligentiſſima admonitio cum ſupplicatione, vt ſibi alium Imperatorem eligerent, promiſitque eis ſui & totius Eccleſiæ conſilium & auxilium: & in principio ſub ſpe potioris ſucceſſus quindecim millia librarum argenti. Præuenit autem & inualuit Friderici diſſuaſio, qui eis, & maximè Duci Auſtriæ vinculo adfinitatis erat confœderatus: vnde monitis aut precibus Papalibus Electores minimè paruerunt. *Expreſſiſſima hic mentio habetur Electorum Principum, ante Rudolphi I. electionem. De Auſtriæ Duce inter electores connumerato, conſtat ex hiſtoriis Bohemiæ Regem Ottokarum, Electorem, tunc temporis Auſtriam obtinuiſſe; vnde fortaſſis authori ſubrepſit iſta opinio: cui in aliis quandoq; hallucinanti condonandum aliquid, aut ſaltem non audiendi neq; attendendi iſti externi ſcriptores, Matthæus iſte Paris, Rogerus de Houeden, vterq; Anglus, & horum ſimiles, qui de rebus ſibi minimè compertis, quæ ex rumore incerto, vel relationibus & ſcriptis aliorum malè intellectis, incerta falſáq; literis mandant, & omnia confundunt.*

In hiſtor. maior. f. 915.

P. Gretſ. in defenſ. Bellar. lib. 3. col. 1273.

ALBERICVS *à Roſate.* Electores Imperij in Alemania ordinati fuerunt tempore Ottonis tertij in martiniana CIX, LXXXIX, de quibus electoribus nót. per omnes ext. de electio. C. Venerabilem, &c. *Idem:* Imperium per electionem eſſe: & tres eſſe Prælatos Eccleſiaſticos, & quatuor Laicos, ad quos de iure & antiquâ conſuetudine ſpectet electio, &c. XXXII.

In Lexic. Verb. Electores.

In l. benè à Zenone. C. de quadrien. præſcript. nu. 4. & ſeq.

ueſtri temporibus factam fuiſſe; vnde etſi Gregorius ſanctionem inſtituerit, ille tamen Syluester electionem primam iuxta ſanctionem factam approbauit.

III. *De geſtis Henrici VII. anno 1308. electi.* Conradvs Vecerivs *Secretarius Regius expreſſis verbis habet:* Principes quorum legendi Cæſaris ius eſt, &c.

IV. *Conſ. 4. & conſ. 167.* Iacobvs Philippvs Porcivs *efficientum cauſam* in Pontifice Chriſti Vicario, ſiue Eccleſiâ conſtituit, quæ Romanum imperium in perſonâ magnifici Caroli à Græcis in Germanos tranſtulit.

V. *f. 24.* Ioannes Stella *Venetus*: Otto *(IV.)* imperauit annis & mortuus eſt ſine liberis: & Imperatores poſtea per electionem non per ſucceſſionem, facti ſunt.

Otthonem III. vocat IV. connumerando Otthonem I. de quo Suetonius.

VI. *Romanor. Prin cip. lib. 3.* Ioannes Baptista Egnativs: Gregorius (V) reſtituitur, qui ſtatim ſanctionem eam tulit, quæ der quingentos annos adhuc durat; Imperatorum nullus hereditatem vendicato: Principes ſex, ſacri ordinis tres, profani totidem eum deligunto: hi ſi diſcordes fuerint, Bohemię regem cooptanto.

VII. *Exeges Germ. lib. 3. cap. 35.* Franciscvs Irenicvs. Ex conſtitutione Gregorij V. ac Ottonis III lege cautum erat, vt is qui virtute magis excelleret inter principes imperio potiretur, nec genere Imperialis apex propagaretur. *Et idem alibi:* *Cap. 39.* Tranſlato imperio ad Germanos Gregorius V, electioné fecit, vt Sigebertus Gemblacenſis, Gothfridus, Rhegino, Otto Friſingenſis & Platina in vita eius ſcripſerunt. Moguntinum, Treuirenſem, Agrippinum Epiſcopos Germaniæ, Gallię, Italię deſtinauit. Quæ quidem Lupoldus capite X. de zelo Germanorum, ſcri-

ſcribit, & hos Eccleſiaſticos. De numero verò Principum ciuilium, Bohemiæ regi, vt ſcribit Platina tantum & honorem & Romani Imperij amorem primas partes obtulerunt. Palatino inde, Duci Saxoniæ, Marchioni Brandenburgenſi, authoribus prædictis. Hi ergò Germaniæ Principes ſummam eligendi Imperatorem poteſtatem habent, & vſque ad noſtra tempora habuerunt. *Idem* ſacratiſſimi Imperij electores conſtitutos fuiſſe *ſcribit* tempore Gregorij V. Papæ, & Othonis III. *Cap 54.*

BARTHOLOMEVS SALICETVS[a] electio Imperatoris ſpectat ad Principes de Alamania, *& ibi addit in verb. ſpectet.* quod electionarij Imperatoris ſint certi videlicet Archiepiſcopus Colonienſis, qui eſt Cancellarius totius Italiæ, & qui Imperatori electo poteſt dare administrationem totius Imperij: Archiepiſcopus Treuirenſis qui eſt Cancellarius Galliæ, Archiepiſcopus Moguntinenſis, qui eſt Cancellarius Germaniæ. Marchio Brandenburgenſis qui eſt præpoſitus Cameræ Imperatoris, Dux Saxoniæ qui eſt portator enſis Imperatoris; &c. *Idem alibi* [b] *tradit:* quod eiuſdem virtutis & poteſtatis debet eſſe electio facta à Principibus Alamaniæ; cuius poteſtatis & virtutis erat electio facta à populo Romano, cum ſubrogatum aſſumat naturã eius, &c. Sed electio olim facta à Populo Romano acceptione ſecuta erat tantæ poteſtatis, quòd omnem iuriſdictionem transferebat in principem ſeu Imperatorem; ergò & hodie electio facta per illos principes Alamaniæ, ſubrogata loco populi Romani, &c. *quibus verbis illos Principes, certos quoſdam denotat.* VIII.

a in l. imperialis C. de LL. & Conſtit. n. 3.
b Benè à Zenone. C. de quadrien. praeſcript. nn. 8.

IOANNES BAPTISTA PLATINA. Gregorius in priſtinam ſedem XI. menſe poſtquam pulſus fuerat, IX. *In Vita Gregorij V.*

reſtituitur. Is autem cognita Imperij imbecillitate varietateque fortunæ, quò diutius apud Germanos ſumma poteſtas remaneret, illeque cæteris prçeſſet, qui virtute & dignitate cæteris præſtaret, ſanctionem retulit, haud abnuente Othone de Imperatore eligendo anno Chriſti M. ac ſecundo, quam vſque ad tempora noſtra ſeruatam videmus. Videlicet ſolis Germanis licere Principem deligere, qui Cæſar & Romanorum Rex appellatus, tum demum Imperator & Auguſtus haberetur, ſi eum Romanus Pontifex confirmaſſet. Hos autem Imperatoris eligendi authoritatem primò habuiſſe Ptolemæus refert: Archiepiſcopum Moguntinum Germaniæ, Archiepiſcopum Treuirenſem Galliæ, Archiepiſcopum Coloniеſem Italiæ nomine. His additi & quatuor Principes, Marchio Brandenburgenſis, Imperatoris poſt electionem Camerarius, Comes Palatinus qui Dapes, Dux Saxoniæ qui enſem fert. Sunt qui ſcribunt Boëmiæ regem ſeptimum Electorem, Imperatoris pincernam eſſe: hiſq; in eligendo additum eſſe ad tollendam diſcordiam partium: ad vtros enim inclinaſſet, ea pars certè potior habebatur. *Idem Platina:* *In Vita Benedicti VIII.* Benedictus Octauus, *&c.* inito Pontificatu in demortui Othonis III. locum Henricum primùm è gente Bauara Imperatorem, ſecundum inſtitutionem Gregorij quinti creatum, corona Imperij donat.

X. *In Chronolog. Anno M.IV.* Donatvs Bossivs *Mediolanenſ.* Anno Domini M.IV. Henrico per electionem ad Imperium aſſumto, primùm inſtitutum fuit, vt in futurum non per ſanguinis ſucceſſionem duceretur Imperium: ſed proceres quidam in Germania principes vnà cum quibuſdam Pannoniæ id eſt Hungariæ Principibus poteſtatem haberent Imperatores deligendi: quod vſq; in prç-

ſentem obſeruatur diem. *a Quod de quibuſdam Pannoniæ Principibus infert, error eſt, homini extraneo condonandus: eoq; facilius, cum noſtrates domi ſua nonnunquam errent.*

ANTONIVS BONFINIVS. Gregorius autem V. Pont. Max. vndecimo exilij menſe reſtitutus iniurias à pop. Rom. ſuſceptas vlciſcitur. Paulò pòſt Germanorum ope in dignitatem Pontificiam reſtitutus, & cùm ipſe quoque Germanus eſſet, Saxonum gente natus, & arctiſſimâ conſanguinitate Othoni coniunctus, Imperatoriſq; opera & auctoritate ante hæc in Pontificatum euectus: vt nationi ſuæ blandiretur, eam de Imperatorum electione ſanctionem promulgauit, quæ per annos vltrà quadringentos diligentiſſimè ſeruata eſt. Solis licere Germanis, quibus eligendi poteſtas data eſt, principem creare, qui ſtatim Cæſar & Romanorum Rex dicitur, & cùm à Romano Pontifice Maximo Coronâ donatus approbatur, Imperator Auguſtus appellatur. Ex Metropolitanis Electores hi ſunt, Moguntinus, Treuirẽſis, Colonienſis: è Principibus tres; Brandenburgenſis, Palatinus & Saxonienſ. è regibus vnus tantùm, Bohemiæ Rex: ſanctio facta ſalutis anno ſecundo ſuprà milleſimum, diſtincta inter Electores officia. Tres primi Cancellarij ſunt, Germaniæ primus, ſecundus Galliæ, Italiæ tertius. Brandenburgenſ. Camerarius, Palatinus Dapifer, Saxonienſ. Ianitor, Rex Boëmię Pincerna eſt. Promulgata ſanctione, Otho in Germaniam rediit. Gregorius paulò poſt diem ſuum obiit. XI. *Rer. Hungar. Decad. 1. lib. 10.*

WERNERVS ROLEVVINCK. Et nota, *ait*, quod iſte Gregorius (V.) cùm Ottone prædicto ordinauit electores Imperij in Almania, qui deinceps permanſerunt vſque nunc, nec potuerunt Franci aut alij infringere. XII. *In faſc. temp. ætat. VI. fol. 70. b. Anno 994.*

XIII. IACOBVS *de Ardizone*: Imperator non tranſmittit Imperium ad hæredes per ſucceſſionem: quia defertur electione non ſucceſſione. *& poſt aliqua:* Hodie quidem Principes eligunt Imperatorem, qui poteſtatem eligendi ab Apoſtolica Sede acceperunt: ſed examinatio, promotio, vnctio, conſecratio, coronatio, & manus impoſitio ad dominum Papam ſpectant, &c.

In ſum. Feud. tit. de ſucceſſ. feudi quaeſt. 30.

XIV. ANTONIVS *de Roſellis aſſerit*: Imperium tranſlatum fuiſſe per Stephanum Papam à Græcis ad Germanos; Electores poteſtatem accepiſſe ab Eccleſia & Papa. *Idem clarè etiam pronunciat* Imperium eſſe apud Germanos.

De poteſt. Imp. & Pap. nu. 3. *Num. 6.*

XV. CHRONICON NORIMBERGEN. *M. S.* Cum quo *(Ottone III.)* Henricus Dux pro tunc Bauariæ Romæ exiſtens, eidem in ſeditione fideliter aſtitit: poſtq; eum ad Imperium per electores primus electus eſt, *&c. Et rurſum*; quod primus Electus ab Electoribus fuit noſter Heinricus ſanctus. nec ignoramus Decretalem Venerabilem, quid loquatur, & à quo, & quando emanauerit.

Cap. 9. *Cap. 12. in fin.*

XVI. NICOLAVS CVSANVS. Poſt cuius mortem Henricus II filius fratris Othonis III. electus eſt. & hic Imperator conſenſu procerum primatum, & vtriuſq; ſtatus Cleri & populi perpetuos Electores, qui vice omnium eligerent, ordinauit tempore Gregorij V. Alemanni, conſanguinei quondam Otthonis.

De concordant Catholic. lib. 3. cap. 3.

XVII. PHILIPPVS CORNEVS, Imperator, *ait*, eligitur ad Imperium à Principibus Alemanniæ, & à Papa inungitur, conſecratur & coronatur, & ante dicitur Rex Romanorum, non Imperator, ſed ad Imperium promouendus, poſtea verò dicitur Imperator.

Lib. 3. conſ. 1. nu. 12. & conſ. 127. n. 3. Vol. 1.

XVIII. ALVAROTTVS. Hodie de conſuetudine, quæ à iu-

re

re approbatur, electio Imperatoris ſpectat ad certos Principes Alemaniæ, quorum tres ſunt Clerici, & ſunt etiam Cancellarij Imperij videlicet, Archiepiſcopus Moguntinus, qui eſt Cancellarius Germaniæ, Colonienſis Italiæ: Treuiren. Galliæ. Et quatuor ſunt Laici, videlicet, Comes Rheni, Dux Saxoniæ, Marchio Brandenburgenſ. & Rex Bohemiæ, qui olim erat Dux, *&c. & infrà:* Et iſta talis ordinatio Electorum fuit facta ex cauſa tempore Otthonis III. ne Imperium iret per ſucceſſionem, ſicut tunc iuerat per tres Otthones Imperatores ſucceſſiuè. Quæ ordinatio facta fuit in anno M.

ÆNÆVS SYLVIVS. Potentia Germanorum trifariam diuiſa eſt, *&c.* Inter Prælatos tres ſunt, opibus & potentia excellentes, atq; inter Electores Imperij honoratiores Archiepiſcopi & Archicancellarij, per Germaniam Moguntinus, per Gallias & regnum Arelatenſe Treuirenſis; per Italiam Colonienſis. Et Moguntinus quidem Electorum Decanus habetur, qui, vbi neceſſitas ingruit, eos conuocat. Treuerenſis verò in electione Imperatoris primam habet vocem. Colonienſis autem non modò Electoratus honore fungitur, ſed Dux etiam Weſtphalorum appellatur. *Idem alio loco:* Diximus tres Archiepiſcopos in electione Imperatoris vocem habere, ſed cum his quatuor alij cõcurrunt ex Principibus ſecularibus, Quorum primus eſt Rex Bohemiæ, ſecundus Comes Palatinus Rheni, qui & vnus eſt ex domibus Boioariæ, ſeu Bauariæ: tertium ducem Saxoniæ faciunt, & vltimum Marchionem Brandenburgenſem. Et in Curia quidem Cæſaris Rex Bohemiæ pincernæ officium implet, Comes Dapiferi, Dux Marſcalci, Marchio Camerarij. XIX. *In deſcript. Germaniæ. cap. 59. Cap. 65.*

BONIFACIVS *de Vitalis aſſerit:* Imperium per Pa- XX.

 pam

In Clem. Romani, de iureiur. nu. 14. & ſeq.

pam Stephanum ad Germanos ſeu Teutonicos in perſona Caroli Magni tranſlatum: & ab eadem Eccleſia Romana Principes numero ſeptem fuiſſe conſtitutos.

XXI. *In ſpecul. hiſtor. part. 2. nu. 16. cap. 4.*

B. Antoninvs *Archiepiſcopus Florentinus diſertè ſcribit*, Henricum inunctum à Willigiſo Archiepiſcopo Moguntino, *& paulò poſt addit:* ſed vt ſcribit Ioannes de Colon. ſciendum quod non ſtatim poſt mortem tertij Othonis iſte Henricus fuit electus Imperator. Nam mortuo Othone per annum & amplius vacauit Imperium, cùm de eligendo Imperatore Principes Alemanniæ non concordarent. Nam quamuis iſti tres præcedentes Othones per ſucceſſionem generis imperauerint, poſt mortem vltimi, vt dicit Martinus in Chronico, inſtitutum fuit, vt Imperator Principum prouiſione eligeretur, ſcilicet per officiales Imperij, qui ſunt ſeptem, &c.

Officiales Imperij.

XXII. *Aen. Sylu. in epit. Blondi fol. 33.*

Blondvs. tunc Gregorius V. poſt vndecimum menſem ſuæ fugæ reſtitutus, ſanctionem de electione Imperatoris fecit Anno Chriſti M. II. quam hucuſque per annos ſupra quadringentos ſeruatam videmus, ſolis licere Germanis Principem deligere, qui Cæſar & Romanorum Rex appellatus, ſi à Romano Pontifice confirmetur, Imperator & Auguſtus nominetur. Electores ſex conſtituti ſunt omnibus noti, quibus additus eſt ſeptimus Rex Bohemiæ. Germani electores tunc primùm anno incarnationis tertio ſupra milleſimum conceſſo iuri innitentes Henricum Bauariæ Ducem Cæſarem declararunt.

XXIII. *In Chronic. Anno M. IV.*

Matthævs Palmerivs. Henrico per electionem ad Imperium aſſumto primùm inſtitutum fuit, vt in futurum non per ſanguinis ſucceſſionem duceretur imperium; ſed Proceres quidam in Germania

Prin-

Principes, vna cum quibuſdam Pannoniæ Principibus poteſtatem haberent Imperatoris deligendi, quod vſque in præſentem obſeruatur diem.

BALDVS[a] vadere *ait*, Imperium non per ſucceſſio- XXIV.
nem ſed per electionem,[b] & ibidem: ſi Electionarij Imperatoris negligunt eligere, vel eligunt in diſcordia, quod electio ad Papam deuoluatur. *Idem Baldus*[c] nullum eligi poſſe niſi Germanum. *Et alibi*[d] Imperium deferri electione, non ſucceſſione, & illos, qui ita eligunt auctoritatem eligendi ab Apoſtolica Sede accepiſſe: examinationem, promotionem, vnctionem conſecrationem, manus impoſitionem ad dominum Papam ſpectare, *&c. Item.*[e] eligitur (*Imperator*) ab ijs qui ſoliti ſunt eligere, ſunt enim certi nobiles qui auctoritatem & priuilegium, ab Apoſtolica Sede habent principem eligendi. *Item.* quamuis videri poſſit, quod ſucceſſione imperium deferatur (*vt ibidem explicat Baldus*) hoc tamen contingere potius electione Principum, quàm ſucceſſione.

a *In l. benè à Zenone n 4. C. de quadrien. præſcript.*
b *n. 9.*
c *In c. Venerabilem ex de electione.*
d *de pac. Conſtant. num. 43.*
e *Verb. quis autem eligit nu. 46. & nu. 48.*

Et alibi: Anno Domini Milleſimo, aliàs ab incarnatione M.IV. inſtitutum ſic fuit, quod Officiales Imperatoris eligant ipſum Imperatorem, & eligentes Alamani ſunt iſti, &c.

In Margarit. Verbis annus.

Ab Anno 1004. vſque M.CCC.

FRANCISCVS ZABARELLA *Cardinalis*. Imperato- XXV.
rem ex electione Imperium habere, & Imperatorem perſonæ ſuæ approbationem ad Imperium recipere à Papa: & apud Teutonicos eſſe regnum mundi & regnum Romanæ Eccleſiæ: Ius quoque eligendi Imperatorem ſpectare ad certos Principes, &c.

In c. 1. ext. de iureiur. col. 2.

XXVI.
IOANNES VILLANVS *Florentinus, qui hiſtoriam vniuerſalem patrio ſermone conſcripſit, & perduxit vſque ad annum 1348. Inſtitutionem hanc Electorum, Gregorio V. Papa*

tempore fuiſſe commemorat; quamuis ex iſtâ commemoratione ſatis appareat, rerum Imperij eum minus fuiſſe gnarum. Verba illius hæc ſunt. Electores Imperatoris. Laici, Dux Auſtriæ, Dux Bauariæ, Dux Saxoniæ qui & Louaniæ. Prælati Archiepiſcopus Colonienſis, Archiepiſcopus Moguntinus, Salisburgen. principalis. His à Domino Papâ directa eſt diligentiſſima admonitio cum ſupplicatione, vt ſibi alium Imperatorem eligerent, promiſitque eis ſui & totius Eccleſiæ conſilium & auxilium: & in principio ſub ſpe potioris ſucceſſus quindecim millia librarum argenti. Præuenit autem & inualuit Friderici diſſuaſio, qui eis, & maximè Duci Auſtriæ vinculo adfinitatis erat confœderatus: vnde monitis aut precibus Papalibus Electores minimè paruerunt. *Expreſſiſſima hîc mentio habetur Electorum Principum, ante Rudolphi I. electionem. De Auſtria Duce inter electores connumerato, conſtat ex hiſtoriis Bohemiæ Regem Ottokarum, Electorem, tunc temporis Auſtriam obtinuiſſe; vnde fortaſſis authori ſubrepſit iſta opinio: cui in aliis quandoq; hallucinanti condonandum aliquid, aut ſaltem non audiendi neq; attendendi iſti externi ſcriptores, Matthæus iſte Paris, Rogerus de Hoveden, vterq; Anglus, & horum ſimiles, qui de rebus ſibi minimè compertis, quæ ex rumore incerto, vel relationibus & ſcriptis aliorum malè intellectis, incerta falſáq; literis mandant, & omnia confundunt.*

In hiſtor. maior. f. 915.

P. Greſſ. in defenſ. Bellar. lib. 3. col. 1273.

ALBERICVS à *Roſate.* Electores Imperij in Alemania ordinati fuerunt tempore Ottonis tertij in martiniana CIX. LXXXIX. de quibus electoribus not. per omnes ext. de electio. C. Venerabilem, &c. *Idem:* Imperium per electionem eſſe: & tres eſſe Prælatos Eccleſiaſticos, & quatuor Laicos, ad quos de iure & antiquâ conſuetudine ſpectet electio, &c. XXXII.

In Lexic. Verb. Electores.

In l. benè à Zenone. C. de quadrien. præſcript. nu. 4. & ſeq.

XXXIII. *De iure regn. & Imp. Rom. cap. 2.* LVPOLDVS BABEBERGEN. *Epiſcopus* tempore ipſius Otthonis III. qui filiis caruit, fuit inſtitutum vt per certos Principes Germaniæ, ſcilicet per officiatos Imperij ſeu Curiæ Imperialis eligeretur Imperator, vt patet in Chronicis Martini, in quibus numerantur officiati & Electores huiuſmodi, &c.

XXXIV. *Lib. de poteſt. Eccleſiaſ. q. 37. art. 9.* AVGVSTINVS *de Ancona:* à Sede Apoſtolica poteſtas eligendi Imperatorem in ipſos Electores peruenit, quæ Romanum Imperium in perſonâ magnifici Caroli à Græcis tranſtulit in Germanos. *& infrà:* Ille verus Imperator dicitur, quẽ Eccleſia aſſumit in ſuum auxilium & adiutorium. *& paulò poſt*: Gregorius V. conuocatis principibus Alemaniæ ordinauit electores Imperatoris, Officiales ipſius Imperialis Curiæ.

XXXV. *De translat. Imper. cap. 11.* MARSILIVS PATAVINVS. Mortuo tertio Ottone ſine filio, Gregorius quintus natione Teutonicus, de parentelâ Othonis in ſummum Pontificem aſſumitur. Cuius Pontificis tempore Imperatoris Electores inſtituuntur, ſeptem ſcilicet Principes Almaniæ, quatuor Laici, & tres Clerici ſiue Prælati, vt Martinus ſcribit. Quia enim prædicti Othones ſucceſſiuè quaſi hæreditario iure obtinuerunt Imperium, fuit pro bono ſtatu Eccleſiæ Dei & populi Chriſtiani ordinatum vtiliter, vt tantæ poteſtatis faſtigium, quod non debetur ſanguini ſed virtuti, non per viam ſucceſſionis, ſed per viam electionis procedat, vt digniſſimus eligatur ad dignitatem Imperij gubernandam. Fuit ergò inſtitutum, vt ſeptem proceres officiales Imperij Regem Romanum eligerent, per Romanum Pontificem Imperiali diademate coronandum: quorum, vt dictum eſt, ſunt tres Prælati Clerici, qui ſunt Imperatoris Cancellarij: videlicet Archiepiſcopus Moguntinus, qui eſt Cancel-

larius Germaniæ: Archiepiſcopus Colonienſis, qui eſt Cancellarius Italiæ: & Archiepiſcopus Treuerenſis, qui eſt Cancellarius Galliæ. Et quatuor ſeculares principes, qui ſeruiũt Imperatori: ſcilicet Palatinus Rheni, qui eſt Dapifer Imperatoris: Dux Saxonię, qui eſt Marſcalcus eius: Marchio Brandenburgenſis, qui eſt Camerarius eius: & Rex Bohemiæ, qui pincerna eius: Vnde verſus eſt:

Moguntinenſis, Treuerenſis, Colonienſis, &c.

Hæc autem ordinatio facta fuit anno M. I V. vt geſta Germanorum tradunt.

HENRICVS REBDORFF. Eodem anno quo extinctus fuit per venenum felicis recordationis Henricus Imperator VII. huius nominis, ab Auguſto XCVIII. Principes ad præficiendum Monarcham cælitus conſtituti, tempore autumnali contentioſè eligentes, quidam in Franckenfort, aliqui per literas, aliqui in locis ſibi competentibus, & ſic diſcordantes in duas partes, vna elegit Fridericum Ducem Auſtriæ, primogenitum filium Alberti quondam Regis Romanorum, videlicet Rudolphus Palatinus Comes & Senior Dux ſuperioris Bauariæ, Colonienſis Epiſcopus, & Dux Saxoniæ Senior, qui in Epiſcopum Patauienſem à Sede Apoſtolica erat deputatus, nondum tamen eandem Sedem aſcenderat, ſciens ſe fruſtratum in electione & perfectione Monarchæ, iunioremq́; Ducem fratrem ſuum timens, eligere volens Ducem Bauariæ ſuperioris nomine Ludouicum, occaſione electionis gratiæ Apoſtolicæ renunciauit, & quòd Senior erat, ilico habilis fuit eligendo, Ducemq́; Auſtriæ cum reliquis ſublimauit. Altera verò pars Electorum, videlicet Rex Bohemiæ Iohannes, qui filius fuit felicis recordationis

XXXVI.
In Chronic. Anno M.CCC. XIII.
XXXVII.

Henrici quondam Imperatoris, Balduinus Treuirenſ. Archiepiſcopus (qui frater fuit Imperatoris modò di-cti) Petrus S. Sedis Moguntinenſis Archiepiſcopus, & iunior Dux Saxoniæ, qui ſe dicebat eſſe in electione, & non fratrem ſuum Seniorem, ob cauſas ſuprà memoratas: iſti prædicti Principes elegerunt in Regem Romanorum Ludouicum Ducem iuniorem ſuperioris Bauariæ, & coronatur Aquiſgrani. *Videtur hic aliquid eſſe ſuppoſititium, aut ipſemet author erraſſe. Neq. enim Rudolphus, neq. Ludouicus fratres, vel ſuperioris, vel inferioris, ſed abſolutè Bauariæ Duces ſemet indigetârũt, quemadmodũ ex illorũ literis conſtat. & ipſe Ludouicus nõn aliter appellatur ab Electoribus in Decreto electionis. Neque conueniunt ea quæ Nobilis & Magnificus Dominus VViguleus Hundius Iureconſultus & hiſtoricus perrenni laude dignus in ſuâ Metropoli Catalogum Epiſcoporum Paſſauienſium texens refert, cum his quæ ab Henrico Rebdorff narrantur. Tertiò in Decreto electionis Caſ. Ludouici expreſſè nominatur Iohannes Dux Saxoniæ Senior: quod Decretum quia ad pleniorem hiſtoriæ cognitionem plurimùm confert; nec non præſenti inſtituto comprimis adſtipulatur, ex autographo integrè deſcriptum huc referre viſum fuit.*

XXXVII Decretum *Electionis Caſ. Ludouici, Bauariæ Ducis.*

In nomine Domini Amen. Sanctiſſimo ac Beatiſſimo in Chriſto Patri ac Domino, Domino Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Summo Pontifici futuro. Balduinus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Treuirenſ. Eccleſiæ Archiepiſcopus ſacri Imperij per Galliam Archicancellarius, Ioannes Dei gratia Bohemiæ & Poloniæ Rex, Woldemarus Marchio Brandenburgenſis, ác Ioannes Dux Saxoniæ Senior, humiles & deuoti cum omni reuerẽtia deuotiſſima pedum oſcula beatorum.

Vacan-

Vacante nuper per felicis recordationis obitum Sereniſſimi Domini Henrici quondam Romanorum Imperatoris ipſo Romanorum regno, ſeu Romano Imperio, & nobis vnà cum Reuerendo Domino Petro Moguntino Archiepiſcopo, nec non Reuerendi Domini Henrici Archiepiſcopi Colonienſis, Illuſtrium Principum Ioannis Boem. & Polon. Regis, Rudolphi Ducis Bauariæ, Comitis Palatini Reni, Waldemari Marchionis Brandenburgenſis, ac Ducis Saxonię honorabilibus procuratoribus ad quos tàm de iure quàm de conſuetudine antiqua & approbata ius eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem poſtmodum promouendum noſcitur pertinere, ſolemniter concordantibus in diem electionis huiumodi videlicet craſtinum beati Lucæ Euangeliſtæ, quę eſt decima nona dies menſis Octobris, ex officij noſtri debito, ipſam diem ad electionem huiuſmodi celebrandam præfiximus, qua die veniente, in ſuburbio oppidi Regal. Frankenuorden. loco ſiquidem ad hoc ſolito & conſueto, nobis Balduino Treuirenſi, Petro Moguntino Archiepiſcopis, Ioanne Bohemie & Polonie Rege, Woldomaro Marchione Brandenburgenſi, ac Ioanne Duce Saxonie ibidem conuenientibus, celebrata Miſſa ſancti Spiritus, deliberatione prouida prehabita ad procedendum in electionis negotio prelibato, & in quantum debuimus exſpectantibus, quod Reuerendus Dominus Henricus Archiepiſcopus Colonienſis & Rudolphus Comes Palatinus Reni, Dux Bauarie nondum venerant, nec per ſe nec per ſuos procuratores in dicto loco conuenerant, nos pro bono pacis volentes in hoc eis deferre, ac facere gratiam ſpecialem, dictum terminum videlicet craſtinum beati Luce vnanimi

 con-

conſenſu, cum Reuerendo Domino Petro Moguntino Archiepiſcopo, vſque in diem ſequentem duximus continuandum, quam continuationem dictis Archiepiſcopo Colonienſi & Rudolpho Comiti Palatino ac aliis quorum intereſſe poterat, nos Treuirenſis Archiepiſcopus antedictus per noſtros Nuncios ſpeciales ad id deputatos inſinuauimus, notificauimus, & ad eorũ notitiam deduximus ipſos citando vice & nomine omnium noſtrorum ibidem præſentium, vt prefata die continuata in dicto loco ad eligendum conuenirent, qua die continuata, ipſis Archiepiſcopo Colonienſi & Comite Palatino ac aliis quorum intereſſe poterat, ſic vocatis & ſufficienter exſpectatis, quod non venerunt, nec pro ſe miſerunt, nec vices ſuas alicui ſeu aliquibus commiſerunt in electionis negotio memorato, audita Miſſa ſancti Spiritus, nos Archiepiſopus Treuirenſ. antedictus ipſa die continuationis, que fuit viceſima menſis Octobris predicta, hora debita & cõſueta procedere cupientes, in ſcriptis Monitûm legimus, & proteſtationem quandam vice noſtra ac omnium ibidem preſentium ius in ipſa electione Regis Romanorum illa vice habentium, Monendo omnes infames, excommunicatos, ſuſpenſos, ac interdictos, nec non quoſcunq; alios ſi qui forent forſitan inter eos, qui de iure vel de conſuetudine intereſſe in ipſius electionis negocio non deberent, quod à tractatib. electionis celebrande futuri Regis Romanorum & ab eadem electione recederent, ipſos Coëlectores noſtros, nos & alios quorum intereſſet eligere permittentes, proteſtando quod non eſſet noſtra & Coëlectorum noſtrorum intentio tales admittere, tanquam ius in ipſa electione habentes, aut procedere, vel eligere cum eiſdem. Imò

voluimus & intentionis noſtre fuit, quod voces talium ſi qui reperirentur poſtmodum interfuiſſe, nulli preſtarent ſuffragium, nec afferrent alicui nocumentum, & prorſus pro non receptis ſiue pro non habitis haberentur, quam proteſtationem nos omnes ſupradicti vnâ cum Reuerendo Patre Domino P. Monguntinen. Archiepiſ. Coëlectores tunc præſentes, ratã & gratã habentes conſenſimus in eandem, & demũ poſt tractatus pręhabitos, cõſideratis ſollicite & diligẽter circũſtantiis pluribus & ſtatu perſonarũ diuerſarum per quas ſeu per quam regno vacanti & Imperio poſſet vtilius prouideri, in Illuſtrem virum Ludouicum Comitem Palatinum Reni, Ducem Bauarie, virum vtiq; Catholicum, ortodoxe fidei feruidum Zelatorem, Eccleſię ſancte Dei & miniſtrorum eiusdem ac pacis ſancte ab ineunte etate ſua, experientia que eſt rerum magiſtra efficax atteſtante, deuotum & humilem amatorem, ſtrenuum in armis, in iudicio iuſtum, in conſiliis prouidum, in vniuerſa morum honeſtate preclarum, benignum, affabilem & manſuetum, de alto & generoſo ſanguine diuorum Regum & Principum procreatum, ac in cunctis agibilibus pro regimine Reipublice quam plurimum circumſpectum, noſtrum intuitum diuina diſponente clementia conuertentes, Nos Walduinus Treuirenſis Archiepiſcopus pro nobis & nomine noſtro, prefatus verò dominus Petrus Archiepiſcopus Moguntinus pro ſe & nomine ſuo, Nos verò Ioannes Boëmie & Polonie Rex, Woldamarus Marchio Brandenburgenſ. & Iohannes Dux Saxonie predicti, quilibet noſtrum pro ſe & nomine ſuo votis noſtris per venerab. Patrem Dn. Mogunt. Archiepiſcopum antedictũ in vice ſua & noſtra, & ſpeciali mandato ſuo & no-
ſtro

ſtro diligenter inquiſitis, nos Electores predicti in loco predicto preſentes ius totale ea vice in electione habẽtes dicti Regis, conſenſimus concorditer in eundem Dominum Ludouicum, & ipſum nominauimus quilibet noſtrum pro ſe nullo penitus diſcrepante in Romanorum Regem eligendum, in Imperatorem poſtmodum promouendum, & in aduocatum Sacroſanctæ Romane ac vniuerſalis Eccleſie, viduarumque & Orphanorum defenſorem. Quibus ſic peractis Venerabilis Pater Dominus Mogunt. Archiepiſcopus de mandato ſpeciali & voluntate Coëlectorum noſtrorum, ac ſuo & noſtrorum vice & nomine eundem Ludouicum Com. Palat. Reni, Ducem Bauariæ, elegit ſolemniter in hunc modum.

In nomine Domini Amen. Cum vacante Romano regno, ſeu Romano Imperio per mortem felicis recordationis Sereniſſimi Domini HENRICI quondam Romanorum Imperatoris, vocatis qui fuerant euocandi, & qui in electione Regis Romanorũ ius habere dinoſcuntur, ac preſentibus dicta die ad eligendum omnibus, qui voluerunt, potuerunt ac debuerunt commode intereſſe, placuerat omnibus & ſingulis preſentibus ad electionem procedere futuri Regis inquiſitis votis omnium & ſingulorum ius in electione ipſius Regis habentium & preſentium, omnes & ſingulos Electores predictos appareat ex premiſſis direxiſſe concorditer vota ſua in Illuſtrem Ludouicum Comitem Palatinum Reni Ducem Bauarie, in eum conſentiendo, & ipſum nominando in Romanorum Regem eligendum, per cuius quidem Ludouici predicti experte ſtrenuitatis merita, fidei puritatem & conſtantiam ſperatur Sacroſancta Romana ac vniuerſalis Eccleſia

cleſia potenter & vtiliter poſſe defenſari, ac in ſpiritualibus & temporalibus votiua ſuſcipere incrementa, & etiam reſpublica prouide dirigi, & pariter ſuperno ſibi ſuffragante auxilio gubernari. Ego Petrus Mogunt. Archiepiſcopus antedictus vice noſtra & Coëlectorum noſtrorum, predictorum ius in ipſa electione habentium, ex poteſtate mihi per eos tradita ſpecialiter & conceſſa, eundem Ludovvicum inuocata Spiritus ſancti gratia in Romanorum Regem eligo, in Imperatorem futurum promouendum. Electione autem huiuſmodi celebrata, eam nos omnes & ſinguli Electores predicti preſentes approbauimus, & Te Deum Laudamus alta voce fecimus decantari, & dictum noſtrum Electum qui preſens extitit, & electioni de ſe facte, diuine nolens reſiſtere voluntati interpellatus cum inſtantia à nobis reuerenter conſenſit. Et deinde Electionem ipſam clero & populo ſolempniter fecimus publicari. Poſtmodum verò ipſum electum in ciuitatem Franckenuorden. introducentes in Eccleſiam ſancti Bartholomei deduximus, & ipſum ſuper altare maius prout moris & conſuetudinis eſt, adhibitis ſolempnitatibus in talibus debitis & conſuetis poſuimus, Te Deum laudamus denuo decantantes, deinde in Cimiterio dicte Eccleſie Clero & populo ipſum electum preſentauimus, & eius electionem ſolempniter fecimus publicari. Ea propter ſanctitati veſtre tam humiliter quam deuote voto vnanimi ſupplicamus, vt ipſum electum noſtrum in Regem Romanorum paternis vlnis amplectantes, munus inunctionis & conſecrationis conferendo de ſacroſanctis manibus veſtris, ſacri Imperij Diadema dignemini loco & tempore impertiri, vt ſciant & intelligant vniuerſi quod poſuerit in lucem gen-

Digitized by Google

tium vos dominus, & per veſtre ſanctitatis arbitrium orbi terre poſt nubilum exoptata ſerenitas eluceſcat. Ceterum vt beatitudo Veſtra cognoſcat euidentius, vota noſtra omnium preſentium in predictis omnibus & ſingulis concordaſſe, ac in petitione huiuſmodi exiſtere vnanimes & concordes, preſens Electionis noſtre Decretum ſanctitati veſtre tranſmittimus cum ſigillorum noſtrorum appenſione ex certa noſtra ſcientia roboratum, Datum apud Franckenuort, Decimo Kalend, Nouembris Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo quarto decimo.

XXXVIII. Clemens V. *Pontifex Maximus literis ſuis ad Ducem Rudolphum idem teſtatur, hic inſertis.* Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio nobili viro, Rudolpho Duci Bauarie, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. De acerbe mortis occaſu quem pertulit clare memorie Albertus Rex Romanorum, cum auditui noſtri apoſtolatus innotuit, preſertim propter caſus horribilitatem doluimus, & expertes adhuc eſſe doloris huiuſmodi non valemus. Propterea nobilitatis tue nouit circũſpecta prudentia quod Alemanie regni prouiſio precordialiſſime nos & Eccleſiam Romanam contingit, & vt de perſona vtili prouideatur non modicum dinoſcitur expedire. Propter quod profundis meditationibus, aſſiduiſque ſollicitudinibus excitamur, & deſideramus ab internis cordis noſtri: vt talis ad dicti regni regimen eligatur, qui diſcretionis prouidentia preditus: conſilij maturitate conſpicuus: magnanimitate ſublimis: & precellens virtutibus habeatur, quique mentis oculis erectis ad Deum: & in ſuis proceſſibus preuium habens altiſſimum: erga ipſum & memoratam Eccleſiam ſplendore ſue fidelitatis eluceat,

at, & precelſe deuotionis efferbeat puritate, eamque ſtudeat ſicut matrem & dominam filialibus ſtudiis reuereri; & regni Eccleſias memorati Eccleſiaſticasque perſonas affectu propitio, eorumque libertates & iura nedum quod illibata conſeruet, verum etiam tanquam Princeps Catholicus fauorabiliter potenti brachio tueatur; ſueque virtutis operationes indeſinenter adiciat: vt eiuſdem regni actibus & aliorum Principum ipſius regni ſtatus proſpere conſeruetur & exaltetur Deo propitio felicibus incrementis: & magnificis honoribus attollatur: & qui terre ſancte tribulationibus & preſſuris diuino excitatus ſpiritu pio affectu compatiens, tanquam fortis athleta domini & pugil ſtrenuus crucifixi, ad recuperationem ipſius: ad quam deſideria noſtra vehementer aſpirant, operam efficacem impendat, & ſollicitis & opportunis ſtudiis elaboret. Ea propter opus eſt vt tu qui vnus de Electoribus eiuſdem Regis fore dinoſceris, ſuper hoc ingenium acuas mentis tue, animi virtutes exerceas, vt cum exacta diligentia & cautela prouideas, ac debita conſilij maturitate conſideres: qualiter id valeat Deo volente ad effectum debitum peruenire. Quare nobilitatem tuam rogamus, monemus & hortamur attentius, quatenus premiſſis diligenti meditatione penſatis de huiuſcemodi perſona attentione ſollicita ſtudeas cogitare, & priuſquam ad electionem procedatur nobis cogitationem huiuſmodi & deliberationem ſuper hoc omni occaſione poſtpoſita celeriter intimare procures. Nos etiam cogitamus & cogitabimus ſuper hoc meditatione ſolicita, & intentionis noſtre propoſitum vt per illud cautius exiſtas premunitus, tibi Deo propitio curabimus intimare. Sic igitur in premiſſis te reddas pro-

uidum & attentum: ſic ſolicitum & diligentem exponas, quod tua fructuoſa operante virtute noſtris in hac parte deſideriis ſatisfiat, & preter retributionis eterne premium tibi exinde prouenturum, noſtram & Sedis Apoſtolice benedictionem & gratiam plenius conſequaris. Datum Pictau. XIII. Kalend. Iulij, Pontificatus noſtri anno Tertio.

XXXIX. *Anno M.CCC.III. P. Gretſ. de munificēt. Princip. in Sed. Apoſtol. cap. 9. f. 42. Integr. lit. exhibentur à Car. Baron. cap. 10. f. 911.*

Albertvs *I. Auſtriacus idem palàm profitetur in literis ad Bonifacium Pont. Anno regni ſui V. Noribergæ datis: his verbis:* Recognoſcens igitur quod Romanum Imperium per Sedem Apoſtolicam de Græcis tranſlatum eſt in perſona Magnifici Caroli in Germanos, & quod ius eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem poſtmodum promouendum, certis Principibus Eccleſiaſticis & ſecularibus eſt ab eadem ſede conceſſum, à qua Reges & Imperatores, qui fuerunt, & erunt pro tempore, recipiunt temporalis gladij poteſtatem ad vindictā malefactorum, laudem verò bonorum, pia deuotione & ſincero corde profiteor, quod Romanorum Reges in Imperatores poſtmodum promouendi per ſedem eandem ad hoc potiſſimè & ſpecialiter aſſumuntur, vt ſint ſanctæ Romanæ Eccleſiæ aduocati, Catholicæ fidei ac eiuſdem Eccleſiæ præcipui defenſores.

XL. *Ab Anno M. CCC.*

Nec minorem probandæ antiquitatis Electorum vim habet diploma Cæſ. Rvdolfi *I. Regi Bohemiæ VVenceſlao genero ſuo conceſſum, quod infrà ſuo loco ad verbum deſcriptum reperitur.*

XLI. *Anno M. CC. XXCV. In Chron. f. 144.*

Martinvs Polonvs. Et licet, *inquit*, iſti tres Othones per ſucceſſionem generis regnauerint: tamen poſtea fuit inſtitutum, vt per officiales Imperij Imperator eligeretur, qui ſunt ſeptem: videlicet primi tres Cancellarij iſti, Moguntineñ. Germaniæ, Treuireñ.

Gal-

Galliæ, Colonien. Italiæ Cancellarius, Marchio Brandenburgen. Camerarius eſt, Palatinus Dapifer, Dux Saxoniæ enſem portat, Rex Bohemus pincernam agit.

B. AVGVSTINVS TRIVMPHVS. Gregorius V. tempore Othonis Imperatoris, conuocatis & requiſitis Principibus Alemaniæ, ſeptem Electores inſtituit, Officiales ipſius Curię Imperialis, quatuor Laicos, vt Regem Bohemiæ; Ducem Saxoniæ: Comitem Palatinum: & Marchionem Brandenburgen. Et tres Clericos, Archiepiſcopum Maguntinen. Colonienſem & Treuirenſem. XLII. *De poteſt. Eccleſiaſt. quæſt. 35. art. 2.*

M. ALBERTVS ARGENTINENSIS, *de Electione Rudolfi I. verba faciens, expreſſe nominat ſex Electores: & ſatis patenter indicat, quod Burggrauius Norimbergenſis, (vti nec alij Principes) vnus ex illorum numero non fuerit: ſtatim enim ſubijcit; Burggrauius acceptis literis de electione Principum, &c.* XLIII.

Verba Alberti ſunt hæc: Maguntinus feliciter & proſperè pro creatione regis Principes ad oppidũ Franckfurt conuocauit, &c. Congregatis autem Principibus & Electoribus, & inter ſe de periculo vacationis Imperij, & de perditione iuris Principum quęrentibus, & de perſona eligenda tractantibus, Maguntinus Rudolphi Comitis de Habſpurg magnanimitatem ac ſapientiam commendauit: multiſque potentibus nominatis, Maguntinus aſſerens ſapientiam & ſtrenuitatem diuitiis & potentiæ eſſe præferendas, pro Rudolpho inſtitit, Colonienſem quoque & Treuerenſem ipſum inducens, &c. *Poſt commemoratos Electores ſeculares Ducẽ nempe Bauariæ, Ducem Saxoniæ, & Marchionem Brandenburgen. à ſeptem hiſce Electoribus ait*, concorditer fuiſſe electum,

Anno Domini M. CC.LXXIII. XII. Octob. *Pergit deinde auctor*: Burggrauius autem, acceptis literis de electione Principum, Baſileam ad Rudolphi exercitum properauit, *&c. Cur autem Regis Bohemiæ inter cæteros Electores nulla hic fuit mentio, eius rei ratio ex infrà dicendis conſtabit.*

XLIV. Electorvm *Imperij literæ publicæ ad Summum Pontificem, quæ Romæ exſtant authenticæ.*

Anno M. CC. LXXV. Illuſt. Cardin. Bellarm. de tranſlat. Imp. lib. 3. cap. 1.

Nos Principes Imperij vniuerſis præſentem paginam inſpecturis. Complectens ab olim ſibi Romana Mater Eccleſia quadam quaſi germana charitate Germaniam, illam eo terreno dignitatis nomine decorauit quod eſt ſuper omne nomen, temporaliter tantùm præſidentium ſuper terram. Plantans in ea Principes tanquam arbores præelectas, & rigans illas gratia ſingulari, illud eis dedit incrementum mirandæ potentiæ vt ipſius Eccleſiæ authoritate ſuffulti; veluti Germen electum per ipſorum electionem, illum, qui frena Romani teneret Imperij, germinarét. Hic eſt illud Luminare minus in firmamento militantis Eccleſiæ: per luminare maius, Chriſti Vicarium, illſtratum. Hic eſt qui materialem gladium ad ipſius nutum excutit & conuertit, vt eius præſidio paſtorum Paſtor adiutus, oues ſibi creditas ſpirituali gladio protegendo communiat; temporali refrænet, & corrigat ad vindictam malefactorum, laudem verò credentium & bonorum. Vt igitur omnis materia diſſenſionis & ſcandali, ſeu etiam rancoris occaſio inter ipſam Eccleſiam & Imperium auferantur, & ij duo gladij in domo Domini conſtituti, debito fœdere copulati, ſe ipſos exerceant, in vtilem reformationem regiminis vniuerſi, & nos in actu voluntatis & operis inueniamur filij denotionis

&

& pacis, qui tàm Eccleſiam quàm Imperium confoue-re tenemur: quicquid per Dominum noſtrum R. Dei gratia Romanorum Regem ſemper Auguſtum ſanctiſſimo Patri & Domino noſtro D. Nicolao Papæ III. eiuſque ſucceſſoribus, & ipſi Romanæ Eccleſiæ recognitum, confirmatum, ratificatum, innouatum, de nouo donatum, declaratum ſiue conceſſum, iuratum & actum, ſeu factum eſt per priuilegia, vel quæcunque alia ſcripta quorumcunque tenorum ſuper recognitionibus, ratificationibus, approbationibus, innouationibus, confirmationibus, donationibus, conceſſionibus & factis ſeu geſtis, tam aliorum Imperatorum, & Regum Romanorum prædeceſſorum Regis eiuſdem, quàm ipſius Regis, & ſpecialiter ſuper fidelitate, obedientia, honorificentia, & reuerentia per Romanos Imperatores & Reges Romanis Pontificibus & ipſi Eccleſiæ impendendis, ac poſſeſſionibus, honoribus, & iuribus eiuſdem Eccleſiæ: Et nominatim ſuper tota terra quæ eſt à Radicofano, vſque Ceperanum, Marchia Anconitana, Ducatu Spoletano, Terra Comitiſſæ Matildis, Ciuitate Rauennæ & Emola, Bobio, Ceſena, Foropopuli, Forliuio, Fauentia, Imola, Bononia, Ferraria, Comaclo, Adrianis, atq; Gabello, Arimino, Vrbino, Monteferetri, Territorio Balnen. Comitatu Brettenorij, Exarchatu Rauennæ, Pentapoli, Maſſa trabaria, cum adiacentibus terris, & omnibus aliis ad prędictam Eccleſiam pertinentibus, cum omnibus finibus, Territoriis, atq; Inſulis in terra mariq; ad Prouincias, Ciuitates, Territoria, & loca prædicta quoquo modo ſpectantibus, nec non ſuper Ciuitate Romana, & Regno Siciliæ cum omnibus ad ipſam ſpectantibus tam citrà Farum, quam vltra, Corſica quoq; atq; Sardinia, & cæteris
ter-

terris, ac iuribus ad ipſam Eccleſiam pertinentibus: Nos noſtri nomine Principatus in omnibus & per omnia approbamus, & ratificamus, ac ijſdem omnibus & ſingulis, & quibuſcunq; aliis ſuper eiſdem per eundem Regem quoquo modo factis, & in poſterum faciendis, voluntatem noſtram, aſſenſum, atq; conſenſum vnanimiter & concorditer exhibemus. Et promittimus, quod contra præmiſſa, vel aliquid præmiſſorum, nullo vnquam tempore veniemus; ſed ea omnia & ſingula pro poſſe noſtro procurabimus inuiolabiliter obſeruari. & vt hæc noſtra voluntas, approbatio, ratificatio, aſſenſus, conſenſus, atq; promiſſio à nobis eiſdem Romanis Pontificibus & Eccleſiæ in perpetuum obſeruetur, hoc præſens ſcriptum inde fieri fecimus, noſtrorumq; ſigillorum munimine roboratum. Actum & Datum Anno Domini M, CC, LXXIX. Indictione VII. regnante Domino noſtro prædicto D. R. Romanorum Rege glorioſo, Regni eius anno ſexto.

XLV. *Anno M.CC. LXXV.* Rvdolphi I. *& Principum Imperij atteſtatio in publicis Comitijs Auguſtæ; quæ literæ ex originali deſcriptæ, infrà inſerta ſunt.*

XLVI. *Anno M. CC. LXXIII.* Ptolomævs Lvcensis. *Cuius atteſtatio ſuprà ex Platina adducta fuit.*

XLVII. *Anno M. CC. LXX. De regim. Princip. lib. 3. c. 19. Vide Sigon. lib. 17. de Regn. Ital. f. 36.* S. Thomas *de* Aqvino, *de translatione Imperij, & Electorum inſtitutione agens ita ſcribit:* Et tunc diuerſificatus eſt modus Imperij: quia vſq; ad tempora Caroli in Conſtantinopoli in eligendo ſeruabatur modus antiquus: aliquando enim aſſumebantur de eodem genere, aliquando aliunde: & aliquando per Principem fiebat electio: aliquando per exercitum. Sed inſtituto Carolo, ceſſauit electio: & per ſucceſſionem aſſumebantur de eodem genere: vt ſemper primogenitus eſſet

eſſet Imperator, & hoc durauit vſq; ad ſeptimam generationem. Qua etiam deficiente tempore Ludouici à Carolo ſeparati: cum Eccleſia vexaretur ab iniquis Romanis, aduocatus eſt Otho primus Dux Saxonum in Eccleſiæ ſubſidium. Liberataq; Eccleſia à vexatione Longobardorum & impiorum Romanorum, ac Berengarij Tyranni, in Imperatoré coronatur à Leone VII. genere Alemanno, qui & Imperiũ tenuit vſq; ad tertiam generationem: quorum quilibet vocatus eſt Otho. Et ex tunc, vt hiſtoriæ tradunt, per Gregorium V. genere ſimiliter Teutonicum prouiſa eſt electio; vt videlicet per ſeptem Principes Alemaniæ fiat, quæ vſq; ad iſta tempora perſeuerat, quod eſt ſpacium ducentorũ ſeptuaginta annorum vel circa : et tantum durabit, quantum Romana Eccleſia, quæ ſupremum gradum in principatu tenet, Chriſti fidelibus expediens iudicauerit.

ALEXANDRI IV. *Pont. Max. prohibitio ne Conradus filius Friderici olim Rom. Imperatoris eligatur vel nominetur in Regem Romannorum.* XLVIII.

Anno M. CC. LVI.
Extat in Bullario, fol. 35.

Alexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Archiepiſcopo Maguntino ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Firma profecto conſiſtit domus quæ ſolidis fulcita columnis, & Eccleſia tunc multo ſtabilitur robore, quando cum Prælatorum virtute ac conſtantia communitur: inter quos quia honore ac potentia eminere dignoſceris, conueniens eſt & debitum, vt fauorabilius & vehementius eidem aſſiſtas Eccleſiæ, ac ea à teipſo in opportunitatibus præſidia ſentiat potiora. Quia ſi eius

augetur ſtatus, & optatis proficit incrementis, vna tu cum ea ſuorum profectuum participatione concreſcis: Et ſi, quod abſit, aliquibus moleſtaretur aduerſis, & ſiniſtris pungeretur euentibus, ſuæ te moleſtiæ minimè præterirent, ſed ſimul cum ipſa guſtans ſuarum amaritudinem punctionum. Imo ſicut locum in ea optas magis conſpicuum & excelſum, ſic plus te illius lætificat proſperitas, & tribulatio conturbat: nec ipſa quę plurimum in tuis congaudet commodis, de tuis poſſet aduerſitatibus grauiter non dolere. Quanto autem affectu te ac alios Alemaniæ Prælatos Romana ſemper proſecuta fuerit Eccleſia, quantiſq; vos vt Eccleſias veſtras ſtuduerit aſſidue magnificare ac præſeruare fauoribus, clare liquet: cum nunquam in beneficiis & gratiis circa vos ipſas Eccleſias defecerit ſuæ irriguum largitatis, nec vſquã vobis in neceſſitatibus ipſius defuerint auxiliari, quæ veſtri tanquam proprij zelatrix honoris in defeſſe curauit, quotiens oportuit veſtris adeſſe negociis, ſicut promotrix ſollicita, & adiutrix per omnia ſtudioſa. Nec immerito quidem cum & vos inter cæteros Cooperatores promptos repererit, & pręcipuos ſenſerit adiutores. Propter quod decet & expedit, vt attente pro ipſius vigiletis honore quæ veſtris diligenter intendere vtilitatibus non deſiſtit. Sane intelleximus quod inſtat tempus electionis celebrandæ de Rege in Imperatorem poſtmodum promouendo, ſuper quo tanto propenſior adhibenda eſt diligentia & cautela, quanto altius & difficilius eſt negocium quod geritur in hac parte, tantoq; res, ſi aliqua in ea interueniret negligentia ſeu improuidentia vel deſidia, deteriorem poſſet habere effectum & exitum noxiorem. Vnde ſic vehementer vigilandum eſt, hic perſpicaciter intu-

intuendum, hic conſiderandum prouide, hic mature deliberandum, hic prouide precandum. Hic aperiendi ſunt oculi; hic habendæ ſunt aures intentæ, hic mens debet eſſe non rudis & torpens, ſed diligens peruigil et conſulta, vbi de aduocato Eccleſiæ agitur, de ipſius defenſore tractatur: ne pro aduocato impugnator, & pro defenſore aſſumatur vel eligatur offenſor. Quare vndique ſummæ cogitationis præferenda eſt acies, & circumquaque diſtricta explorandum indagine, vt talis (cooperante domino) reperiatur & eligatur, qui fidelis & deuotus exiſtat, & de proſapia proceſſerit deuotorûm: ac idoneus & ſufficiens merito reputetur ad obtinẽdum tanti honoris culmen, & Imperij regimen exercendum. Qualiter autem Federicus olim Romanorum Imperator, & ſui progenitores, & poſteri, erga matrem Eccleſiam ſe geſſerint, & qualem ei retributionem pro beneficiis perceptis impenderint, patens eſt, & cognitum toti orbi. Quoniam hi aliorum perſecutorum excedentes tyrannidem, grauioribus eam affecerunt iniuriis, & oppreſſionibus durioribus afflixerunt; & velut intendentes exterminium, tendentes furentis arcum, & feritatis gladium acuentes, diris illam vbilibet tribulauere flagellis, & vſque ad interiora profundis illatis vulneribus ſauciarunt. Nam in hoc prauo genere, patrum in filios cum ſanguine deriuata malitia, ſicut carnis propagatione, ſic imitatione operum nati genitoribus ſucceſſerunt. Ex quo liquido perpendi poteſt & conijci, ſi ex ipſo aliquæ poſteritatis reliquiæ remanſerunt, quid ſperandum ſit in futurum de illis, quid in poſterum expectandum. Vitæ namq; ac geſta prædeceſſorum peruerſa, iniquitatem prænunciant ſucceſſoris. Horribilis enim à ſceleſta illorum

memoria, quid boni de ipſorum poſteritate credere, vel ſperare permittit? De colubro quidem egreditur regulus, & arbor mala noxios fructus profert, prauumque principium nullum bonum pollicetur effectum. Et ideo de Conrado puero prædicti Federici ſecundi filio: eſt præcauendum omnino, nec vllo modo intrudatur ad eum, nec nominetur ad hoc, nec aliquatenus eligatur: maximè cum propter infantiam, nimiumq; defectum ætatis, ad iſta prorſus inhabilis, ac ineligibilis penitus puer ipſe eſt, nec ius quod ex electione prouenire vel conſurgere conſueuit, ſibi poſſet competere, nec in ſua cadere vel retinere perſona: cum propter puerilē ętatē, quæ diſcretione caret, & legitimū cōſenſum vel diſſenſum non habet, electioni, ſi de ipſo fieret, conſentire non poſſet, nec ipſius conſenſus aliquā haberet efficaciam vel vigorem. Et ex eo etiam idem puer in Regem eligi vel nominari non debet: quia, cum per electionem huiuſmodi, de aduocato vel defenſore idoneo debeat Eccleſiæ prouideri: & ipſe puer ſit omnino ineptus & inutilis ad talis defenſionis officium ſeu miniſterium exequendum: oporteret eādem Eccleſiam, ſi contingeret eligi dictum puerum, manere diutius, non abſq; grauibus forte diſpendiis, defenſionis commodo deſtitutam. Nec per hoc etiam conſuleretur amplo & ſpacioſo regno Theutonico de Rege vel Rectore condigno: cum malè poſſit alios regere, qui non nouit gubernare ſeipſum: nec bene vel digne aliorum gubernaculo præeſſe valeat, qui regimine ducitur alieno, & cui propter tot potentes defectus, neceſſaria eſt alterius cuſtodia & tutela. Propter quod regnum ipſum longo tempore, non ſine multo diſcrimine, ſub operoſa regiminis expectatione langueret.

Ideoq;

Ideoq; fraternitatem tuam monemus, rogamus, & hortamur attente, ac per Apoſtolicam auctoritatem, tibi ſcilicet in virtute ſanctæ obedientiæ, ſub debito fidelitatis, quo nobis & Eccleſiæ Romanæ teneris, ac ſub pœna excommunicationis, quam ex nunc in te proferimus, diſtricte præciendo mandamus, quatenus præfatum Conradum puerum nullatenus in Regem eligas, nec nomines, neque conſentias in eundem: Ita quod excommunicatus exiſtas, ſi contra mandatum noſtrum facere vel venire præſumpſeris, & eundem Conradum nominaueris, vel elegeris, aut in ipſum conſenſeris, ſeu opem, vel operam, conſilium, auxilium, vel fauorem, vt eligatur, impenderis: & etiam ſi eius electionem non impediueris toto poſſe: vt ſi forte ad ipſius electionem, vel nominationem proceſſeris, ſcias te prius excommunicatione ligatum. Aliis vero Coelectoribus tuis, tam Eccleſiaſticis quàm ſecularibus, auctoritate noſtra firmiter inhibeas, ne ipſum ad hoc nominent, vel eligant, nec in eum conſentiant, promulgando eadem auctoritate in eos excommunicationis ſententiam, ſi contra hanc tuam inhibitionem venire tentauerint, imò noſtram. Ita quod ſi eum nominare, vel eligere, aut in ipſum conſentire præſumpſerint, noſcant ſe prius excommunicationis vinculo innodatos: vt ex hoc ipſo (ſi de prædicto puero quicquam in hac parte attentatum fuerit) ſit prorſus vacuum, irritum, & inane. Mandatum itaq; ac præceptum ſuper hoc Apoſtolicum ſic fideliter, ſapienter, & efficaciter adimplere ſtudeas, omnem opem & operam adhibeas, vt aliquis fide clarus, & deuotione ſyncerus, cui ad id ſuffragentur merita, eligatur, quod ex iis nos & Romanam Eccleſiam tibi & Eccleſiæ tuæ arctius obliges: noſq; lætari

 poſſi-

poſſimus id, quod intendimus, tuo ſolerti ſtudio ſalubriter proueniſſe. Ad hæc nihilominus in omnes electores, qui memoratum puerum ad hoc nominare, vel eligere, ſeu in ipſum conſentire, aut opem, vel operam, conſilium, auxilium, vel fauorem, vt eligatur, dare preſumpſerint, excommunicationis ſententiam promulgamus. Quam per te, antequam ad nominationem, vel electionem aliquam procedatur, reliquis tuis Coëlectoribus præcipimus nuntiari. Quod ſi non feceris, eo ipſo te noueris laqueo excommunicationis aſtrictum. Datum Ananiæ quinto Kalend. Auguſt. Anno Pontificatus noſtri ſecundo.

XLIX. *Anno 1243. In c. ad Apoſt. extr. de ſent. & re iudic. in fin.*

Innocentivs IV. Illi autem, *inquit*, ad quos in eodem Imperio Imperatoris ſpectat electio, eligant liberè ſucceſſorem.

L. *Cranzius.*

Avthor Chronici *M. S. Friderico II. æqualis*: Papa Gregorius *(Nonus)* inſolentias Imperatoris contra Eccleſiam metuens, Principes ſuper electione alterius ſollicitauit, ſed nihil profecit: quia quidam Principum ei reſcripſerunt, non eſſe ſui iuris Imperatorem ſubſtituere, ſed tantum electum à Principibus coronare, electio enim ad illos dinoſcitur pertinere. Ex prætaxatione Principum & conſenſu eligunt Imperatorem, Treuirenſis, Moguntinus, & Colonienſis: Palatinus eligit quia Dapifer eſt; Dux Saxoniæ, quia Marſcalcus: & Maggrauius de Brandenburga, quia Camerarius: Rex Bohemiæ quia Pincerna eſt, non eligit, quia Teutonicus non eſt.

LI. *Epiſt. 5.*

Petrvs *de Vineis, ſeu potius Fridericus II.* ſolemnem Principum electionem, & approbationem Eccleſiæ agnoſcit: *caeterùm magno ſuo malo doctus quàm minimè Deus impunitum relinquat Vicarij ſui contemtum.*

HOSTIENSIS, *quem ipſi quoque aduerſarij teſtem omni exceptione maiorem laudant, ſeptem Electores enumerat; & quamuis ibidem de Rege Bohemiæ infert*, eum ſecundum quoſdam non eſſe neceſſarium, niſi quando alij diſcordant: nec iſtud ius habuiſſe ab antiquo, ſed de facto hodie tenere; *alibi tamen expreſſe ait*, quod tunc temporis cum Bohemus Elector factus ſit, dux non rex fuerit *qua de re infrà plura dicenda erunt.* LII. *Anno M. CC. XL. In c. Generabilem. §. Verũ Verb. illu.*

ALBERTVS *Stadenſis Abbas*: Papa *inquit*, Gregorius inſolentias Imperatoris contra Eccleſiam metuens, Principes ſuper electione alterius ſollicitauit, ſed nihil profecit: quia quidam Principum ei reſcripſerunt, non eſſe ſui iuris Imperatorem ſubſtituere, ſed tantum electum à Principibus coronare. Electio enim ad ipſos dinoſcitur pertinere. Ex prætaxatione Principum & conſenſu eligunt Imperatorem Treuirenſis, Moguntinus, & Colonienſis. Treuirenſis enim licet de Alemania non ſit, ratione antiquitatis eligit: quia cum eadem ciuitas à filio Nini, quem Semiramis nouerca eius ſtuprum ab eo deſiderans à Babilone fugauit, ſit conſtructa, Abraham patriarcha trium annorum exiſtente; etiam eſt à tempore Petri Apoſtoli in fide catholica ſolidata. Palatinus eligit quia Dapifer eſt, Dux Saxoniæ quia Mareſcalcus, & Marggrauius de Brandenburg quia Camerarius. Rex Boëmiæ, qui Pincerna eſt, non eligit, quia non eſt Teutonicus. *Idem auctor alibi*: Papa in iam dicto Concilio (Lugdunenſi) die Iacobi contra Imperatorem excommunicationis ſententiam renouauit, & eum ab Imperiali culmine auctoritate propria depoſuit, & hanc depoſitionem per totam Eccleſiam promulgauit: præcipiens ſub interminatione excommunicationis, vt nullus eum Impera- LIII. *In Chronic. Anno M. CC. XL. In Chronic. Anno M. CC. XLV.*

peratorem de cætero nominaret. Qua ſententia per mundum volante quidā Principū cum multis aliis reclamabant dicentes: ad Papā non pertinere Imperatorē vel inſtituere vel deſtituere; ſed electū à Principibus coronare. Interea Papa ſollicitari fecit Principes quos ad Imperium regendum credidit idoneos, vt aliquis eorum onus Imperij ſumeret & laborem, promittens ei quicumque Imperium aſſumeret, conſilium & auxilium pariter & fauorem. Tandem Henricus Landgrauius cognomento Raſpe, multis euictus precibus Imperium accepit.

Monendum hic denuo videtur, quod ſuprà aliquoties factū: pleroſq́ ſcriptores, cum rebus gerendis ipſi non intereſſent, ex relatione aliter vel perperam factā, vel non ſatis intellectā tradidiſſe nonnulla ad poſteritatem, quorum certior cognitio ex aliis auctoribus haurienda eſt: neq́ verò vnus omnia præſtare poterat. Interim ſatis nobis eſt, communi authorum ſuos ſeculis conſenſu euincere, Electores tunc quoq́ extitiſſe, & nequaquam adeò nuperos aut nouos eſſe, quales eos nouatores quidam facere conantur.

LIV. *In Diplom. Anno M. CC. XXVIII.* HENRICVS VI. *Friderici I. filius, agnoſcit quoq́ Electores Principes, & hos quidem non promiſcuè omnes, ſed aliquos duntaxat, his verbis:* Nouerit omnis Chriſti noſtrique regni fidelium ætas, & ſucceſſura poſteritas, quod nos Principum, quorum iuris quemq́ue Romanorum Regem eſt eligere, beneplacito, conſilio, & fauore, &c. *& ibidem paucis interiectis:* coràm noſtræ maieſtatis oculis & Electorum Romani regni culminis inquiſitione, & ſententia obtinuit, &c.

LV. *Anno M. CC. VIII. Hiſtor. Slauor. lib. 7 cap. 15.* ARNOLDVS *Abbas Lubecenſis:* indicta eſt Curia in Halberſtat, vbi conuenerat maxima pars Prælatorum & Principum Saxoniæ & Turingiæ, nec defuit Herbi-

polen-

poleſis Conradus. Omnes igitur Principes qui conuenerant, ac ſi diuinitus inſpirati, pari voto & vnanimi conſenſu Othonem in Rom. Principem & ſemper Auguſtum elegerunt, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Archiepiſcopo, qui primam vocem habere videbatur, inchoante, proſequente vero Bernhardo Duce, cum Marchione Miſnenſi & Landgrauio Turingiæ, cum aliis, ad quos electio Regis pertinere videbatur. *Vide Chron. Spir. lib. 5. c. 74*

LVI. ABBAS VRSPERGENSIS *de re ſuo tempore geſta his ſcribit verbis*: Philippus ad partes Rheni ſe contulit incontinenti, vbi venerunt ad eum & officiales, & miniſteriales, & quidam de Principibus & Baronibus terræ: cum quibus habuit myſterium conſilij ſui. Vbi etiam aderat Cunradus Argentinenſis Epiſcopus: qui etiam promiſit fauorem & auxilium ſuum duci de obtinendo Imperio, &c. *Et infrà*. Properant electi reges vterque vt occupet ſedem regni Aquiſgrani. Sanè Philippus prior oppidum illud obtinuit: & ibidem viros ſtrenuos & nobiles in præſidio conſtituit: inter quos fuerunt Walramus filius ducis de Limburc, & H. Dapifer de Walburc, & alij quam plures. Superuenit autem Otho cum Colonienſibus & aliis fautoribus ſuis, & obſederunt ciuitatem. Cumq; interiores concluſi reſiſtere non potuiſſent, accepta pace & ſecuritate perſonarum, dederunt ciuitatem. Tunc Dominus Adulfus qui tunc erat Colonienſis Epiſcopus, in ſede regni coronauit Othonem in regem, &c. Tota verò Curia Imperialis, & officiales Imperij adhęſerunt Philippo, cum Principibus quam pluribus.

LVII. *Auctarium* SIGEBERTI AQVICINCTINVM. Poſt mortem Henrici Imp. primates regni Teutonici de rege ſubſtituendo diſſidentes, Sueui, Boioarij, Ale- *Anno M. C. XVIII.*

 manni,

manni, Apulienſes, vel Sicilienſes Philippum Ducem Sueuorum, fratrem Henrici Imp. quem ſuprà diximus tutorem pueri conſtitutum, elegerunt: Saxones autem & Lotharingi Othonem Comitem Pictauenſem, filium Henrici Ducis Saxonum in Aquenſi Palatio in regem ſublimarunt.

Quæ hìc obſeruanda ſint, infrà pluribus expedientur, & commodius.

LVIII. *Vide Baron. Tom. 10. f. 913.* INNOCENTIVS III. *Pont. Max. in Decretali epiſtolâ ad Ducem Zaringiæ, ex quâ deſumtum eſt c. Venerabilem ext. d. elect. & electi poteſt. luculentiſſimum de Electorum inſtitutione fert teſtimonium. Quæ quidem Decretalis à nonnullis integra, diuerſimodè tamen edita: à præclariſſimis autem Iuris luminibus, Antonio Auguſtino, & Iacobo Cuiacio integritati ſuæ reſtituta eſt. quam hìc inſerere ab inſtituto noſtro haud alienum viſum fuit.*

INNOCENTIVS III. Pontifex, Bertholdo Zaringiæ Duci.

Venerabilem fratrem noſtrum Saltzburgenſem Archiepiſcopum, & dilectum fratrem Abbatem de Salona, & Nobilem virum Marchionem Orientalem, quorundam Principum nuncios ad Sedem Apoſtolicam deſtinatos benignè recepimus, & eis beneuolam duximus audientiam indulgendam: literas quoq; quas per eos quidam nobis Principes deſtinarunt, diligenter perlegi fecimus, & quæ continebantur in eis notauimus vniuerſa. Inter cętera verò quæ dicti Principes per eaſdem nobis literas intimarunt, hac præcipuè obiectio-

iectione ſunt vſi, dicentes: quod Venerabilis frater noſter Prænestinus Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis legatus, aut Electoris geſſit, aut cognitoris perſonam. Si electoris, electioni ſe ingerens, in alienam meſſem miſerit falcem ſuam, & principum derogauerit dignitati. Si cognitoris, abſente alterâ partium videtur perperam proceſſiſſe, cum ea citata non fuerit, & ideo non debuit contumax iudicari. Verum nos, qui ſecundum Apoſtolicum ſollicitudinis officium ſumus ſingulis in iuſtitiâ debitores: ſicut iuſtitiam noſtram nolumus ab aliis vſurpari, ſic ius Principum nobis nolumus vendicare. Vnde illis Principibus ius & poteſtatem eligendi Regem, in Imperatorem poſtmodum promouendum recognoſcimus (vt debemus) ad quos de iure & antiquâ conſuetudine noſcitur pertinere. Præſertim cum ad eos & poteſtas huiuſmodi ab Apoſtolicâ Sede peruenerit, quæ Romanum Imperium in perſonâ magnifici Caroli à Græcis tranſtulit ad Germanos. Sed & Principes recognoſcere debent, & vtiq; recognoſcunt, ſicut ijdem in noſtrâ recognouere præſentia, quod ius & authoritas examinandi perſonam electam in regem, & promouendum ad Imperium, ad nos ſpectat, qui eam inungimus, conſecramus, & coronamus. Eſt enim regulariter obſeruatum, vt ad eum examinatio perſonæ pertineat, ad quem impoſitio manus ſpectat. Nunquid enim ſi Principes non ſolum in diſcordiâ, ſed etiam in concordiâ, ſacrilegum quemcunque, vel excommunicatum, tyrannum vel fatuum, hæreticum in regem eligerent, aut paganum, nos inungere, conſecrare, accoronare hominem huiuſmodi deberemus? Abſit omnino.

Obiectioni ergo Principum reſpondentes, aſſerimus;

mus; quod legatus noſter Epiſcopus Prænestinus approbando Kariſſimum in Chriſto filium noſtrum regem Othonem, & reprobando Philippum ducem Sueuiæ, nec Electoris geſſit perſonam iuxta quod nobis per literas ſuas quidam Principum opponebãt: vtpote qui nec fecit aliquem eligi, nec elegit: & ſic electioni ſe nequaquam ingeſſit: nec cognitoris perſonam exhibuit, cum neutrius electionem (quoad factum eligentium) confirmandam duxerit, aut etiam infirmandam & ſic ius ſibi Principum nullatenus vſurpauit, aut venit contra illud. exercuit autem denunciatoris officium, qui perſonam ducis eiuſdem denunciauit non idoneã, quoad imperiũ obtinendũ, non tàm propter ſtudia eligentium, quàm propter merita Electorũ: quamuis plures ex illis qui eligendi regem in Imperatorem promouedum de iure ac conſuetudine obtinent poteſtatem, conſenſiſſe perhibeantur in ipſum Regem Othonem: & ex eo quod fautores Philippi, abſentibus aliis & contemptis, ipſum eligere præſumpſerunt, pateat eos perperam proceſſiſſe. Cum explorati ſit iuris, quod electioni plus contemptus vnius, quam contradictio multorum obſiſtat: vnde priuilegium meruerunt amittere, qui permiſſa ſibi abuſi ſunt poteſtate, videri non immerito poteſt, quod huiuſmodi iniuria non obſtante, cæteri vti poterant iure ſuo. Et quoniã dux prædictus, nec vbi debuit nec à quo coronã & vnctionẽ accepit, memoratus verò Rex & vbi debuit, videlicet Aquiſgrani: & à quo debuit, ſcilicet à venerabili fratre noſtro Colonienſi Epiſcopo, recepit vtrumq;. Nos ergò non Philippum, ſed Othonem reputamus & nominamus regem, iuſtitiâ exigente. In reprobatione verò præfati Philippi ducis Sueuiæ, propter manifeſta impedi-

pedi-

pedimenta perſonæ, non accuſatione, ſed condemnatione indigent manifeſta. Quod autem, cum in electione vota principum diuiduntur, poſt admonitionem & expectationem, alteri partium fauere poſſimus, maximè poſtquam à nobis vnctio, conſecratio & coronatio poſtulantur, ſicut vtraq; pars à nobis multoties poſtulauit, ex iure patet pariter, & exemplo. Nunquid enim, ſi Principes admoniti & expectati vel non potuerint, vel noluerint conuenire, Apoſtolica Sedes aduocato & defenſore carebit? eorumq; culpa ipſi redundabit in pœnam? ſicut autem Principes, & tua nobilitas non ignorat, quod cum Lotharius & Conradus in diſcordiâ fuiſſent electi, Romanus Pontifex Lotharium coronauit, & Imperium obtinuit coronatus, eodem Conrado tum demum ad eius gratiam redeunte. Nos ergo per nuncios Principum memoratos eos duximus commonendos; vt ſicut nos à iuris ipſorum ceſſamus iniuriâ, ſic ipſi contra in ius noſtrum ſe nequaquam iniurioſos oſtendant: ſed à præfato duce, iuſto quidem à nobis iudicio reprobato recedant, & præfato regi Othoni non abnuant adhærere: niſi tum demum, cum contra perſonam eius, vel factum, legitimum aliquid obiectum fuerit, & oſtenſum. Sunt enim notoria impedimenta ducis Sueuiæ, ſcilicet excommunicatio publica, periurium manifeſtum, & perſecutio diuulgata, quam progenitores eius & ipſe præſumpſerunt in Apoſtolicam Sedem & alias Eccleſias exercere. Fuit enim à bonæ memoriæ Celeſtino Papa prædeceſſore noſtro, propter inuaſionem & deuaſtationem patrimonij beati Petri, commonitione ſæpius præmiſſa, publicè & ſollenniter vinculo excommunicationis innodatus, cum in Tuſciâ moraretur, quod ipſe poſtmodum

recognouit, dum per nunciũ ſuum ab ipſo prædeceſſore noſtro abſolutionis beneficiũ poſtulauit: & poſtmodum à Sutrino Epiſcopo, quem tunc cum Abbate ſancti Anaſtaſij pro liberatione venerabilis fratris noſtri Saliſniter: Archiepiſcopi nos in Teutoniam miſeramus, contrà formam mandati noſtri, de facto ſolummodo, quia de iure non potuit, poſt ſuam electionem apud Wormatiam occultè ſe fecit abſolui. Vnde patet, quod fuit excommunicatus electus: & videtur non immeritò, quod adhuc ſit ex eadem cauſa excommunicationis ſententiæ innodatus, cum prædictus Epiſcopus cum authoritate ſuâ non poſſet abſoluere, authoritate verò noſtræ delegationis nec plus nec aliter liceret hoc ipſi, quam quod ei fuerat ab Apoſtolicâ Sede conceſſum. Ex eo etiam excommunicationis ſententiæ ſubiacere creditur manifeſtè, quod cum perfidus Marcoaldus Dei & Eccleſiæ inimicus, cum vniuerſis fautoribus tàm Teutonicis quàm Latinis excommunicationis vulgatæ vinculis ſuæ iniquitatis meritis ſit aſtrictus (ſicut iam vobis per literas noſtras, directas per P. iudicem Placentinum, ipſius Philippi nuncium intimaſſe meminimus, quas ad ipſius Philippi audientiam credimus perueniſſe) nihilominus, quamuis id non tantum ex relatione ipſius, ſed etiam per publicam famam ad notitiam eius deuenerit, eidem excommunicato non ſolum communicat, ſed eum in malitiâ ſuâ fouet, & per nuncios & literas ſuas exacuit furorem ipſius, vt chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Fridericum regem Siciliæ, Illuſtrem nepotem eius, quem iam hæreditate paternâ priuauit, adhuc priuet poſſeſſione materna. Idem etiam contra proprium iuramentum, ſuper quo nec conſilium à Sede Apoſtolicâ requiſiuit, ambitionis

vitio

vitio regnum ſibi vſurpare præſumpſit, non alium cauſâ neceſſitatis in regem eligere, quod vtique tolerabilius videretur, cum ſuper illo iuramento Sedes Apoſtolica prius conſuli debuiſſet, ſicut & eam quidam conſuluère prudenter, apud quam ex inſtitutione diuinâ plenitudo reſidet poteſtatis. Nec valet ad plenam excuſationem ipſius, ſi iuramentum illud dicatur illicitum: cum nihilominus ſuper eo nos prius conſulere debuiſſet, quam contrà ipſum propriâ temeritate venire, illo præſertim exemplo: quod cum Gabaonitæ à filiis Iſraël per fraudem ſurripuerint iuramentum, ipſi tamen cognitâ faude, noluerunt cõtrà illud ſuâ temeritate venire. Vtrũ verò dictũ iuramentum licitũ ſit an illicitũ, & ideo ſeruandum aut non ſeruandũ extiterit, nemo ſanę mentis ignorat, ad noſtrum iudicium pertinere. Quod autem Philippus de genere perſecutorum exiſtat, Principes non credimus dubitare: cum Henricus, qui primus Imperium hoc de genere accepit, Paſchalem Papam prædeceſſorem noſtrum, cum Epiſcopis & Cardinalibus multis Romanorum pręſumpſerit captiuare. Fridericus verò pater ipſius Philippi, contra felicis recordationis A. Papam prædeceſſorem noſtrum, longo tempore ſchiſma fouit: Henricus frater ipſius Philippi qualiter ſe habuerit circa interfectores ſanctæ memoriæ A. Leodienſis Epiſcopi, quem ipſe prius coëgerat exulare, ac Corradum, qui Hoſtienſem Epiſcopum ceperat, ſatis noſtis, qui & qualiter venerabilem fratrem noſtrum Auximanum Epiſcopum alapis cædi fecerit, & pilos de barbâ eius auelli, & tractari eum in pluribus inboneſtè, qualiter quoque quoſdam familiares Eccleſiæ Romanæ naſo fecerit mutilari, qualiter prædictum S. Archiepiſopum captiuauerit, & quoſdam viros Eccleſia-

cleſiaſticos flammis torreri fecerit, quoſdam verò viros in mare ſubmergi ad tuam & aliorum Principum credimus audientiam perueniſſe. Inſuper ſi prædictus Dux (quod abſit) Imperium obtineret, libertas Principum in electione periret, Imperij obtinendi de cætero cæteris fiducia tolleretur. Nam ſi pro vt olim Fridericus Corrado, vel Henricus poſtmodum Friderico, ſic nunc Fridericus Philippo, vel Philippus Henrico ſuccederet: videretur Imperium non ex electione, ſed ex ſucceſſione deberi. Præterea cum multi Principum ex Imperio æquè ſint nobiles & potentes, in eorum præiudicium redundaret, ſi non niſi de domo ducum Sueuiæ videretur aliquis ad Imperium aſſumendus. Cum ergò nos flecti à noſtro propoſito nullâ penitus occaſione poſſumus, ſed in eo potius firmiſſimè perſiſtamus, & tu nobis ſæpè per litteras tuas duxeris ſuggerendum, vt eidem duci nullatenus faueremus: nobilitatem tuam admonemus & exhortamur in Domino, & per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſicut de gratiâ noſtrâ confidis, & nos de tuâ deuotione ſperamus, de cætero à præfato duce Philippo recedas omnino, non obſtante iuramento, ſi quod ei ratione regni feciſti, cum (eo quamtum ad obtinendum Imperium reprobato) iuramentum huiuſmodi non debeat obſeruari: Prædicto verò regi Othoni, quem nos (concedente Domino) ad coronam Imperij diſponimus euocare, patenter adhæreas, & potenter: vt cum ei ad commonitionem noſtram adhæſeris, inter primos gratiam & beneuolentiam eius obtinere præcipuè merearis, ad quod pro tuæ nobilitatis honore operam dabimus efficacem.

Schard. d. lib. c. a. f. 4. & alibi

Habemus teſtimonium Romani Pontificis, cuius auctoritatem

tem claram & irrefutabilem ipſi etiam aduerſarÿ agnoſcunt: cui non vulgarem rerum Imperÿ cognitionẽ attribuunt; cum eo tempore vixerit, quo ipſo Reipublicæ præſidens nõ potuerit formæ eius in Germania ignarus eſſe: *& deniq; præcipuas atq; grauiſſimas ſententiæ ſuæ rationes, ex iſtâ memorabili atq; decantatâ huius ipſius Innocentÿ III. decretali epiſtolâ deſumunt. non fruſtrà igitur contradictoribus eiuſmodi à quodam ſuorum dictum eſt*: Videant qui contrarium ſentiunt, ne os in cœlum ponere putentur: & dum cedere nolunt in puluerem ſufflent, inque oculos ſuos terram excitent.

Idem INNOCENTIVS *III. Archiepiſcopum Moguntin.* OTHONIS *M. Boiariæ Ducis fratrem Electorem agnoſcit. Cum enim poſt Henrici VI. mortem, ex Oriente, quamuis contra nitente Pontifice, reditum molirentur penè omnes, & ipſe quoque Cardinalis Cunradus & Moguntinus Antiſtes, quod in creando nouo Imperatore abſentis illius, vtpote inter Septemuiros primi & præcipui, à cæteris Coëlectoribus ratio, vt ſit, non haberetur, ægrè aliquandiu ad copias retineretur: Pontifex ipſum crebris literis & nunciis hortatus fuit, vti res in Oriente nollet deſertas: opportunè ſe auxilia quamprimum ſubmiſſurum, nec paſſurum* vt de illius auctoritate in creando nouo Imperatore quicquam detrahatur. *Erat enim id temporis Cunradi in deligendo Imperatore præcipua authoritas & dignitas tanta, vt ab eius nutu totum penderet Imperium Romanum. Non ergò ſubſiſtere poteſt ſententia illorum, qui volunt ſeptem Electores minimè intelligi per Innocentÿ III. Decretalem; ſed hos poſt Innocentÿ IV. tempora tandem inſtitutos. Ineptum inſuper eſt, quod pro fundamento huius opinionis adfertur: non eandem Innocentij IV. temporum (quæ Innocentÿ III.) rationem fuiſſe, ſed multas & magnas interea mutationes, & in conſtitutione & adminiſtratio-* LIX.

Godefrid. Monachus. Vrſpergen. Herold. de bell. ſacro. Rogerius.

Ciſner. fol. 17.

ne Germaniæ & accidere potuiſſe, & accidiſſe. Ac quidem iam tunc ius illud creandi Cæſaris ad ſeptem illos Electores deueniſſe: id quod exemplis docere conatur Ciſnerus, poſt abrogatum Friderico magiſtratum, in electione Guilielmi Hollandi, item Rudolphi & Adolphi nec non Alfonſi Hiſpani indiſſeſſione electi: & tunc inſtitutos fuere Electores, Alexandro IV. Pontifice.

LX. *Anno M.C. XCIV. fol. 89.* *Magnum Chronicon* Belgicvm, *de Electorum inſtitutione ſic refert*: Quamuis tres Otthones ſupradicti per ſucceſſionem generis regnauerunt, poſtea tamen cum Imperium apud ſolos Saxones ferè per annos centum perduraſſet, inſtitutum fuit, vt per Principes officiales Imperij Imperator eligeretur, *&c. Et alio loco:* *fol. 205.* Imperator Henricus (IV.) videns regnum Alemaniæ & Imperium Romanorum propter frequentes mutationes Imperatorum multa mala perpeſſum, priuſquam vota Principum in perſonâ Imperatoris poſſent conuenire, ordinauit vt amplius electio non fieret, ſed per ſolam ſanguinis ſucceſſionem Imperium conferretur, ita vt qui propinquior Imperatori eſſet, hæreditariè fieret Imperator. Vt autem Henricus à filio ſuo Frederico, quem de Conſtantia vxore ſua habuit, ſumeret exordium, regnum Siciliæ & Calabriæ, & Ducatum Apuliæ, & principatum Capuæ, quæ filius eius ab auis hæres acceperat, Romano Imperio vniuit, vt perpetuò terrarum iſtarum vnus dominus eſſet.

Si tollere voluit electionem & Electores Henricus, oportet antea fuerint: & non poſt vel circa tempora Frederici ſecundi ortum habuerint. Sed nec Henrici quidem ordinatio hic inſinuata, effectum ſortita eſt, nam electus fuit Fridericus II. & poſt eum Cæſares alij per Electores Imperij.

Conſtat

Digitized by Google

Conſtat ex actis MOGVNTINI CONVENTVS *Friderico I. præſente certamen inter Archiepiſcopum Colonienſem Philippum, & Conradum Abbatem Fuldenſem fuiſſe exortum propter prœdriam, & Archiepiſcopum repulsâ notatum abire coactum, in hæc prorupiſſe verba:* Cedo Abbati Archiepiſcopus; monacho Princeps elector; ſed bonâ veniâ veſtrâ cætum dimitto; *quam tamen litem Imperator interpoſitâ ſententiâ ſuâ diremit.* LXI. *Anno M.C. LXXXI. P. Brouer. Fulden. annal. lib. I. cap. 16.*

Ipſe quoq; Imperator FRIDERICVS I. *propria confeſſione ſuâ teſtatum facit, Electores Imperij iſthoc æuo fuiſſe his verbis:* Debitam Patri noſtro reuerentiam libenter exhibemus, liberam Imperij noſtri coronam diuino tantum beneficio aſcribimus, Electionis primam vocē Moguntino Archiepiſcopo, deinde quod ſupereſt, cæteris ſecundum ordinem principibus recognoſcimus. regalem vnctionem Colonienſi. ſupremam verò, quæ imperialis eſt, ſummo Pontifici, *&c.* LXII. *Radeuic. lib. 3. cap. 16.*

Quin etiam idem ille Imp. FRIDERICVS *I. Henricum Leonem Boioariæ & Saxoniæ Ducem, criminis læſæ Maieſtatis reum proſcribens, taliter in illum pronunciauit:* Henricum ob feudi noxiam commiſſoriam peractam Ducatu Ripatiorum & Saxoniæ ex feſtucamus eum, omneſque eius poſteros dictis dominiis & terris exſpoliamus, & ab eo illiuſq; generationis hominibus auferimus ius eligendi Cæſarem, quâ laudis prærogatiuâ ipſe ac pater eius ſplendidus extitit, &c. LXIII. *Anno M.C. LXXX.*

Pulſo Henrico Leone, ſicut modò dictum eſt, Fridericus I. Saxoniæ Ducatum vnà cum Septemuiratu Bernhardo, Principi Anhaldino, Alberti Vrſi filio contulit, & ex literis inueſtituræ Ratiſponæ factæ ſubſequentia adducuntur verba: In Bernhardum nobis ac Imperio fidelem ac dilectum Principem, conferimus tractum Saxonicum, ac munus Ele- LXIV.

ctoraticium, quæ Henrico priori poſſeſſori omni iure poſtulante abiudicauimus, & te iſtis gratiis ac iuribus ſublimamus ob tua fidelia ſeruitia, iuſtitia exigente, de voce & inſtigatione Principum regni noſtri.

LXV. GVNTHERVS *in Ligurino hîs quoque adſtipulatur.*

Lib. 6.

-----ad Proceres electio pertinet, in quâ
Præcipuam vocem præſul de iure vetuſto
Moguntinus habet: paſtori prima recentis
Agrippina tuo conceditur vnctio Regis:
Imperij nitidam ſummo ſacrare coronam
Pontifici ius eſt, *&c.*

Nec ab hâc ſententiâ abit Poëta idem, quando de Coronatione Friderici I. agit:

Impoſuit capiti geſtamina regia ſacro
Arnoldus, quo tunc paſtore Colonia diues
Gaudebat (quippe hunc veteris ſibi iuris honorem
Vendicat ille locus) tunc ſacrâ ſede locatus
Conſcendit ſolium veterum Fridericus auorum.

Lib. 1.

Quod autem ius vetus, ſeu vetuſtum intelligat, alibi innuit:

Ordine res agitur: Reges Alemannia nobis
Vrbibus Italicis leges & iura daturos
Mittere ritè ſolet: poſtquam de partibus illis
Carolus, & Magni regnum ſurrexit Othonis,
Auſoniâq; frui Reges cæpere coronâ
Teutonici, &c.

Si hoc ius vetuſtum fuit ipſius Friderici primi auo; quâ igitur ratione freti nonnulli ad tempora Friderici II. aliqui ad nouiora ſæcula Electorum inſtitutionem, & ius eligendi Rom. Regem reuocant?

LXVI. *Quod ſupra ex Radeuico allatum fuit, non tàm de ipſo Friderico I. quàm de omnibus Imperij principibus accipiendum eſt:*

eſt; qui nimirum iſtam Imperatoris conteſtationem vnanimi aſſenſu comprobantes ad ſummum Pontificem perſcripſerunt.

Exſtat quoq; ſæpè commemorati hactenus Imp. FRIDERICI I. *diploma, Epiſcopo Bambergen.* EBERHARDO *conceſſum, in quo Reginaldum Colonienſ. Epiſcopum expreſſè Electorem nominat: quem & titulo iſto vſum fuiſſe, ex monumentis liquet.* LXVII.

OTTO FRISINGENSIS *Epiſcopus*: Igitur Albertus, nam id iuris dum regnum vacat, Moguntini Archiepiſcopi ab antiquioribus eſſe traditur, Principes regni in ipſa ciuitate Moguntinâ tempore autumnali conuocat, malorumq; à Duce Friderico ſibi illatorum haud immemor, cum prædictus Dux ad regnum à multis expoſceretur, ipſe Lotharium ducem Saxonum, virum tamen ex probitatis induſtriâ omni honore dignum, plus familiari rei quantum in ipſo erat, quàm communi commodo conſulens, in regem à cunctis qui aderant Principibus eligi perſuaſit. *Idem author alibi*: Anno ab vrbe condita M. DCCC. ab incarnatione verò Domini M. C. LII. decedente ab hac luce vernali tempore ſextâ feriâ proximâ, vt dictum eſt; poſt caput ieiunij, in ciuitate Babenbergenſi, piiſſimo Rege Conrado III. Nonas Martij tertiâ feriâ poſt oculi mei, in oppido Franconefurt, de tam immenſa tranſalpini regni latitudine vniuerſum, mirum dictu, Principum robur, non ſine quibuſdam ex Italia baronibus, tanquam in vnum corpus coadunari potuit. Vbi cum de eligendo Principe primates conſultarent, (nam id iuris Romani Imperij apex, videlicet non per ſanguinis propaginem deſcendere, ſed per Principum electionem reges creare ſibi tanquam ex ſingulari vendicat prærogatiuâ) tandem ab omnibus Fridericus Sueuorum LXVIII.

De geſt. Frid. I. lib. 1. cap. 16.

Lib. 2. cap. 1.

rum dux, Friderici ducis filius petitur; cunctorumque fauore in regem ſublimatur.

Haud alienũ à præſenti inſtituto videtur, cum præmiſſis cõiungere ea quæ idẽ Epiſcopus Friſingenſis de electione Conradi regis cõmemorat: ex quibus nõnulli elicere conantur electionẽ Regis Romani iſtis temporibus non ad ſeptẽ duntaxat officiales Imperij, ſed ad omnes Principes pertinuiſſe; quod falſum eſſe, auctores ſynchroni mox cõmemorandi, teſtes oculati demõſtrant. Sed audiatur ipſe Friſingẽſis Otho: Anno *inquit ille,* ab incarnatione domini M. C. XXXVIII. defuncto in autumno ſine filiis Imperatore Lothario, conuentus generalis Principum Moguntiæ in proximo Pentecoſte indicitur. Quidam autem ex Principibus timentes, ne forte in generali Curia Henricus dux, qui tunc præcipuĩ & nominis & dignitatis in regno fuit, per potentiam præualeret, circa mediam quadrageſimam conſilio habito, in oppido Galliæ Confluentia conuentum celebrant: ibique Conradum Henrici Imperatoris ſororium, de quo ſupra diximus, præſente Theodevvino Epiſcopo Cardinali, ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ legato ſummi Pontificis ac totius Romani populi vrbiumq; Italiæ aſſenſum promittente, XCIIII. ab Auguſto regem creant. Qui mox ad palatium Aquis veniens à prædicto Cardinale, nam Colonienſis qui id facere iure debuerat, nouiter introniſatus pallio carebat, cooperantibus Colonienſi & Treuirenſi Archiepiſcopis, cum cæteris epiſcopis in regem vngitur, &c.

Lib 7 cap. 22.

De iſto Henrico duce vide infrà.

LXIX. Amamdus Friderici I. *Imperatoris Secretarius ſic refert:* Anno M. C. LII. multi Illuſtres heroẽs ex Lombardia, Tuſcia, Ianuenſi & aliis Italiæ dominiis ac maior & potior pars Principum in Tranſalpino regno conuenerunt in vrbe Francofurtenſi, plurimo numero

In lib. de primis actis à Friderico in Imperio peractis.

mero Principes conuenientes, dixerunt per ſuos internuncios ad ſex aut octo Principes officiatos regni, reſidentes in arcano loco curiæ regalis. Nos & tota patria teſtatur nullum aptiorem eſſe regno regendo quã Fridericum de Waiblingen & Stauffã, natum ex generoſa proſapia, meritis & virtutibus decoratum, ac Illuſtrem. Quem per vos Deus in regnum ſublimare dignetur, cui parata erunt noſtra obſequia vſq; ad mortem. In hunc ſi veſtris vocibus ô officiati conſentitis, firmum robur habebit ſui Imperij. Cum ex ſecreto cõclaui prodirent officiati, indicantes ipſos vnanimiter Fridericum in Regem ſeruatis de iure ſeruandis elegiſſe, cunctus omnium ordinum applauſus eſt conſecutus, dicentes, hæc electio tuta ac firma conſiſtet: nam omnium noſtrûm munietur præſidiis. Viuat iuſtiſſimus Cæſar & inſignis bellator, qui nos contrà omnes externos hoſtes defendet. Et tunc omnes ei iuramentum fecerunt de omnibus Regi exhibendis, quæ antiquo more maiorum obligati erant facere Principes.

LXX. WELBERTVS, CONRADI II. *Imperatoris Capellanus, de electione Lotharij Cæſaris iſta commemorat*: Lutherarius patre natus inclito comite Saxoniæ, qui ibi duo habuit fortia caſtra ac magna dominia, vnum in Schlepenberg, alterum Arenſperg, puerilibus annis exactis bella ſectari cœpit ſub Henrico Rege, ſub quo in Gallia inſignẽ militem ſe declarauit, grauiter & magno auſu pugnãs pro cauſa Cæſaris, qui cõtra Regẽ pro vxoris ſuę rebus propter dominia aliqua pugnauit. Poſtea cũ Rex in Saxonia milites ſuos circũduceret, & multa dominia flam̃a ac ferro deuaſtaret, ab eo ſe ſegregauit Lutherarius; ei multis militibus ſtipatus generosè reſiſtit, pro defenſione ſuæ patriæ terræ. Mortuo Henrico Rege valdè multi

multi Principes ex toto regno congregati ſunt in Moguntinenſi vrbe, vbi de electione noui Regis magnus erat tractatus. Initio in magna Curia collecti erant omnes, qui ibi fuerunt ſeculares ac ſpirituales Principes, quorum plerique nudè & ſimpliciter nominabant, quem optabant per alios eligi, & tamen ipſi non eligebant, quia non habebant voces ſuffragiorum realium. Cum igitur nominauerant Lutherarium dixerunt, huic prompti ſumus obedire, ſi vos eum intronizabitis in regnum veſtris annuentibus votis ac beneplacito, nulla diſcordia erit. Pauci autem Spirituales & temporales primates examinantes perſonam Lutherarij & bellicoſa facta & merita erga Chriſti ſeruos & vniuerſam Eccleſiam, eum votiuè elegerunt, cum eum magnoperè commendaſſet Albertus Epiſcopus Moguntiæ, qui magnates Sueuorum capitali odio perſequebatur. Alij Principes, qui nulla dabant ſuffragia, libenter eum amplexati ſunt ſuo fauore, & habuerunt pro Rege. Et cum exiſtimabamus ſemper futuram concor-
XXI diam in regno, tamen duo Sueuiæ rectores, Fridericus & Cunradus, cum exiguis ſuis complicibus Regi per paucas ſed concordes voces electo, rebellarunt. Habebat Conradus ius bonum, nam prioris Cæſaris Henrici fuit Nepos, & omninò putabat regnum ad ipſum ſpectare, quod voluit armis inuadere, ſed poſtea præualuit Lutherarius, qui eum vndiq; fugabat, & expellebat. At prouidentia diuina probo & religioſo huic regi aliud tempus præfixit, quo deberet ſuſcipere Imperium, vt ſic prius eius labores, afflictiones & curæ in fornace patientiæ probarentur, & poſtea à Deo probatus & patiens inuentus, regni coronam conſequi mereretur. Quod factum eſt poſtquam ex his terris migrauit Lutherarius. Anſel-

Digitized by Google

ANSELMVS *Gemblacen. Abbas.* Henricus Imp. dum quicquid libet licere putauit, magnas regni penè totius inimicitias comparauit. Etenim quia ſuperioribus annis Albertum Cancellarium, & alios quoſdam regni Principes inſidioſè ceperat, & ſine audientiâ & iudicio cuſtodiæ mancipauerat, aliis ſimilia timentibus ſuſpectus erat. LXXI. *Anno M. C. XV.*

Fuit hic Albertus ſiue Adelbertus I, huius nominis Moguntinus Archiepiſcopus XXV. Elector IX. cuius perſuaſione Lotharius electus, vt ſuprà dictum, & mox iterum dicetur. Idem Anſelmus de electione Lotharij: Menſe Auguſto in feſto S. Bartholomæi Apoſtoli excellentior dignitas optimatum Imperij, ſiue eminentior gloria, Eurardus & Romanus legati Apoſtolicæ Sedis, & Archiepiſcopi cum Epiſcopis ex condicto conuenientes Moguntiæ conſultant ſibi & toti Romano Imperio de ſubſtituendo Rege. Lotharius Dux Saxonum vir ſapiens & induſtrius, & Eccleſiaſtico iuri deuotus, præpotens diuitiis & victoriis, omnium aſſenſu eligitur. Hic menſe Septembri cum eiſdem legatis, & duobus Archiepiſcopis, octo Epiſcopis, & multis Abbatibus & eminentioribus aulæ regalis primatibus, Aquaſgrani veniens dominica die Id. Septembris à Frederico Archipræſule Colonienſi in regem benedicitur & vngitur, omni clero & populo feſtiuum epinicion acclamantibus. *Nicol. Serar. rer. Mogunt. lib. 5. f. 801.* *Anno M. C. XXXIII.*

SIGEBERTVS *Gemblacen.* Otto Imperator, *inquit*, degens Romæ, dum cum Romanis ſe remiſſius agit, tractans qualiter iura regni & Eccleſiæ ad antiquum ſtatum reformaret: Romani per hoc ad contemtum adducti, ſubitò contra eum conſpirant, & aliquot militū eius peremtis, eum in palatio obſident. Vnde per induſtriam Henrici Ducis Bauariæ & Hugonis Marchionis LXXII. *Anno M. II.*

Italiæ ſimulato pacto vix extractus, Româ decedit cum Sylueſtro Papâ, *&c. & paulò poſt:* Milites tranſalpini corpus Imp. defuncti cum inſignibus Imperij ad Galliam *(Germaniam)* referentes, crebris Italorum incurſibus laceſſiti armis ſibi viam parant. Sed cum iam res in tuto eſſe putaretur: Dux Boioariæ Henricus iniuriato Heriberto Colonienſium Archiepiſcopo à cuius ore omnes pendebant, inſignia regni ab eo violentèr extorſit, quaſi iure hęreditario ſibi competētia, erat quippe filius Henrici Ducis, qui fuit genitus de Henrico fratre primi Otthonis Imperatoris. Henricus ergò Dux conſiliatis ſibi animis quorundam principum regni, vngitur in regem à Willigiſo Moguntino Archiepiſcopo, & imperauit annis XXII.

LXXIII. *ANNO M. XXCVI. Lib. 3. ætate 6.* Marianvs *Scotus:* Romanorum XCII. Henricus Dux Baioariæ Babembergen. Rex effectus, apud Moguntiam conſecratur à Willigiſo Archiepiſcopo.

LXXIV. *Nicol Serar. Mogunt. rer. lib. 1. cap. 17.* Annales *Metropolitanarum Eccleſiarum primi, è quibus conſtat, quos qualibet Eccleſiaſtica metropolis, aut nobiliſſima Principum familia in ſuis annalibus vel ſtemmatibus denotatos habeat Electores.*

LXXV. *Ioan. Naucl. generat. 34. Bellarmin. de translat. imp. Rom. lib. 3. c. 5.* Monvmentis Aqvilegiensis *Eccleſia traditum inuenitur,* ſanctionem de Imperatore à Germanis deligendo, Silueſtri temporibus factam eſſe. quod cum aſſertioni priori contradicere videatur, quæ inſtitutionem hanc Gregorio V. aſſcribit; tali interpretatione ſaluatur: etſi Gregorius ſanctionem inſtituerit, ille tamen Silueſter electionem primam iuxta ſanctionem factam approbauerit.

LXXVI. *Baron. Tom. 8. Anno 600. f. 1380.* Annalibvs Mediolanensibvs *proditur.* S. Gregorium Papam conceſſiſſe Mediolanenſibus vt deficientibus regibus Longobardorum, eius ciuitatis Antiſtes

tiſtes (quiſquis eſſet) coacto Concilio Epiſcoporum, eligeret Regem quem vellet. Cuius conceſſionis vigore, cum Othonis III. morte compertâ, priſtinus repente de recuperando regno in Lombardia tumultus, ac vetus ſeditio renouaretur, & Ardoinus, Dodonis filius, Eporædienſis marchio, ſuâ procuratione principum ſuffragiis lectus eſſet: Arnulfus Archiepiſcopus, cùm dignitatis, tùm animi altitudine contrà nixus, Epiſcoporum, Abbatumq; conſilium Laude conuocauit, atq; frequenti contione, antiquum illud Decretum Diui Gregorij Pontificis recitauit. Inde in Ardoinum conuerſus, neq; rectè neq; ordine feciſſe illum oſtendit, qui ſe inſcio conuentũ Principum aduocârit, ad eoſq; de rege creando retulerit, ac lectus deniq; contra omnia vetuſtatis exempla ab alio, quàm à ſeipſo, regium diadema ſuſceperit. Itaq; videndum ſibi eſſe, vt ius ſuum retineat. proinde ſi eis videatur Ardoinum regem vitio factum pronunciare, atq; Henricum Bauariæ Ducem, à Germanis proceribus regem Germaniæ ſubrogatum, more inſtituto regem Italiæ deſtinare: quâ ſententiâ approbatâ conuentus dimiſſus fuit.

Carlor. Sigon. de regn. Ital. lib. 8. ſub anno 1002.

I

II

III

Probè iſthæc conueniunt cum his quæ à Ditmaro alijſq; tradita ad poſteritatem fuerunt de electione Henrici II. ſiue Sancti; quâ de re infra plura dicenda erunt.

LXXVII.

Vendicat præter hactenus commemorata omnia ſacri Rom. Imp. Septemuiratum ab iſto recentioris ſeculi morbo, & non ſolùm primæuæ origini ſuæ reſtituit, verum etiam contra opinantium errorem grauiter elidit Henrici ſancti, primi nimirum per Electores deſignati Cæſaris ordinatio; quâ Eccleſiæ ſuæ Babembergenſi ipſos ſeculares Principes Electores conſtituit officiales ac feudatarios: qui rurſum alios viros nobiles in locum ſuum ſubſtituerunt, *id quod*

Martin. Hoffmannus in Chronic. Bamberg. M. S.

 pluri-

Digitized by Google

plurimorum antiquorum diplomatum monumenta testantur.

MANIFESTAM quoq; Electorum antiquitatẽ reddunt, & originem illorum temporibus Henrici II. Imp. vendicant, diplomata Regum & Imperatorum. Quamuis enim retroactis temporibus eiuſmodi Regales, ſiue Cæſareas literas ſubſcribere
I. *ſolerent aulæ Cancellarij vice Archicapellanorum, quos pro arbitrio ſuo Cæſares Regesq́; iſti muneri præficiebant: tamen inſtitutis tandem Septemuiris, & ſanctione de Eligendo Rom.*
II. *Rege in electione Henrici ſancti vſu recepta, deinceps per aliquot ſecula obſeruatum fuit, vt vel ipſi Electores ſeu Officiales Eccleſiaſtici; Moguntinus nimirum, Treuerenſis, & Colonienſis Archiepiſcop. ſeu vice ac nomine eorundem, aulæ Cæſareæ Cancellarij, eiuſcemodi literas, Diplomata, ac Priuilegia Cæſa-*
III. *rea Regiaq; ſubſcriberent: Ac Moguntinus quidem tanquam Germaniæ aut Cancellarius, aut nomine illius Notarius vel Cancellarius aut Vicecancellarius aulæ, ſi Imperator vel Rex in Germania tunc ſubſiſteret: Treuerenſ. ceu Galliæ Archicancellarius ſi in Gallia: Colonienſ. Italiæ Archicancellarius ſi in Italia conſtituto per id tempus Cæſare, diplomata iſtiuſmodi & literæ Regales emanerent. Sed ne quis putet abſq; ratione & exemplis hæc dici, porbationes ſubiungo; & primi quidem modi hæc ſunt:*

Anno 769. Ego Ludebertus Archicapellanus recognoui & ſubſcripſi. Datum anno incarnationis Domini, DCC. LXIX. Actum Maguntiæ in Pentcoſte, in Dei nomine feliciter. Amen.

Anno 788. Hildibaldus Archiepiſcopus Colonienſis & ſacri Palatij Capellanus recognoui. Data pridie Idus Iulij, Anno Dominicæ incarnationis, DCCLXXXVIII. Indictione vndecima. Actum in Palatio Nemetenſi feliciter, Amen.

Caroli Magni. Herouſtus notarius ad vicem Lutvvardi Cancellarij recognoui. Data, VIII. Idus Iunij, anno ab incarnatione Domini Noſtri Ieſu Chriſti DCCXC. Regni autem eius XXII. ante conſecrationem. Actum Wormatiæ feliciter, Amen. Anno 790.

Datum tertio Kalend. Ianuarij, anno quarto Chriſto propitio Imperij noſtri, trigeſimo ſeptimo regni noſtri in Francia, atque trigeſimo primo in Italia. Actum Aquisgrani in Palatio, in nomine Domini feliciter, Amen. Anno 804.

Guntherius Diaconus ad vicem Ercenbaldi recognoui. Data VI. Idus Decemb. Anno Chriſto propitio Imperij noſtri XII. Regni verò in Francia XLIV. atq; XXXVII. in Italia Indictione V. Actum Aquiſgrani palatio Regio in Dei nomine feliciter, Amen. Anno 813.

LVDOVICI Pÿ & HLotary.

Durandus Diaconus ad vicem Fridagiſi recognoui. Anno Chriſto propitio XV. Imperij Domini Hludouici ſereniſſimi Imperatoris & Hlotharij VI. Actum Aquis Palatio regio.

Actum Reganesburch, Anno Christo propitio DCCC. XXIX. anno XVII. Hludouico Imperatore, filio eius Hludouico regnante in Boiaria anno V. XIIII. Kalend. Decembris Luna XVI. Indictione VIII. Angelmarus ad vicem Gozbaldi ſcripſi & ſubſcripſi. Anno 829.

Durandus Diaconus ad vicem Heliſachar recognouit. Dat. Kalend. Ianuar. Anno Chriſto propitio Imperij Domini Ludouici piiſſimi Auguſti II. Indictione octaua. Actum Aquiſgrani palatio Regio in Dei nomine feliciter, Amen. Anno [illegible]

Anno 816. Data quarto Idus Februarij, anno Chriſto propitio, tertio Imperij domini Ludouici piiſſimi Auguſti. Indictione nona. Actum Aquiſgrani palatio regio in Dei nomine feliciter Amen. Arnaldus ad vicem Heliſachar recognouit.

CAROLI CRASSI.

Seguinus Notarius ad vicem Liutvvardi Archicapellani recognoui & ſubſcripſi. Data III. Idus Ianuarij

Anno 884. anno ab incarnatione Domini, DCCC. LXXXIV. Indictione II. anno verò regni Domini Caroli Auguſti VIII. Imperij autem III. Actum Wormatiæ, in Dei nomine feliciter Amen.

Datum VIII. Kalend. Septembris, anno incarna-

Anno 885. tionis Domini DCCC. LXXXV. Indictione III. anno Imperij piiſſimi Imperatoris Caroli in Italia V. in Francia IV. in Gallia I. Actum apud Weibelingam in Dei nomine feliciter. Amen.

Data XIIII. Kalend. Martij, anno dominicæ incar-

Anno 886. nationis DCCC. LXXXVI. Indictione IIII. anno verò piiſſimi Imperatoris Caroli in Italia VI. in Francia V. in Gallia II. Actum in villa quę Rotuuila vocatur, in Dei nomine feliciter Amen.

ARNOLFI Imp.

Engilpero Notarius ad vicē Theotmari Archicapellani recognoui. Data XV. Kal. Iun. Anno incarnationis

Anno 898. Domini, DCCC. XCVIII. Indictione I. Anno Regis Arnolfi piiſſimi, Imperij eius III. Actum Reguneſpurc, in Dei nomine feliciter Amen.

Aſpertus Cancellarius ad vicem Dietmari Archicapellani recognoui, Data XVII. Kalend. Maij, Anno

Digitized by Google

Dominice Incarnationis D. CCC. XC. Indict. VII. *Anno 890.*
Anno autem III. regni Domini Arnolfi Sereniſſimi Regis. Actum Reganeſpurc, In D. n. f. Amen.

Engilbero Notarius ad vicem Theotmari Archicapell. recognoui. Data III. Non. Maj. Anno Dominic. incarnat. DCCC. XCVIII. Indict. X. Anno verò regni Domini Arnulfi X. Imperij II. Actum ad curtem Felda, in Dei nomine feliciter, Amen. *Anno 898.*

Wicknick Cancellarius ad vicem Domini Diethmari Archicapellani recognoui. Data XIV. Kalend. Augusti, Anno incarnationis Domini DCCC. XCV. Indict. XIII. Anno octaui regni Domini Arnolfi piiſſimi Regis. *Anno 895.*

Ludouici III. al. IV.

Engilpero notarius ad vicem Dietmari Archicapellani recognoui. Data XVI. Kalend. Maij, Anno incarnationis Dominice, DCCCC. V. Indictione VIII. Anno verò ſeptimo Glorioſi Regis Hludouici. Actum Regina ciuitate, in Dei nomine feliciter Amen. *Anno 905.*

Ernuſtus Cancellarius, ad vicem Theotmari Archicancellarij recognoui, Data II. Kalend. Iunij Anno Incarnationis Domini DCCCC. VI. Indictione VIII. Anno regni domini Hludouici VII. Actum in Rotvvila feliciter Amen. *Anno 906.*

Datum palatio Tribunienſi coràm rege Ludouico qui & conſcribi, & ſigillo ſuo inſigniri iuſſit, Anno Dominice incarnationis, DCCCC. X. Indictione XIII. anno verò domini Ludouici ſereniſſimi regis XI. octauo Idus Aprilis. Ego in Dei nomine Hatto Archiepiſcopus & Cancellarius has literas iuſſu meo ſcriptas recognoui, & manu propria ſubſcripſi. *Anno 910.*

Signum

† Signum Gebehardi & Chunradi Comitum, qui eaſdem traditiones rerum fideli manu ſuſceperunt, & hoc coram Rege iurauerunt, vt eas S. Boniſacio martyri fideliter delegarent, & precepto regio confirmarent.

† Signum Ditolfi Wormatienſis Epiſcopi.

† Signum Einharti Spirenſis Epiſcopi.

† Signum Gotdanckes Comitis, &c.

OTTONIS MAGNI.

Ex originali R. Brun. Cancellarius ad vicem Herolti Archicapellani recognouit. Data XVII. Kalend. Aug. anno Domini DCCCC. L. Indictione VII. regnante Sereniſſimo Rege Ottone anno XV. Actum Beheim, ſuburbio Niaunburg, in Domino feliciter, Amen. *Anno 950.*

Rutgerus Cancellarius ad vicem Hattonis Archipreſulis & ſummi Capellani recognoui & ſubſcripſi. Data XVI. Kalend. Decemb. Anno Dominice incarnationis DCCCC. LXVIII. Indictione ---- Anno regni Sereniſſimi Ottonis regis XXXIII. Imperij ſcilicet ſui VII. Actum Aterno ciuitate, que ſita ſuper fluuium, qui ſic dicitur, in Chriſti nomine feliciter, Amen. *Anno 968.*

Luitgerius ad vicem Vidonis Epiſcopi & Arhhicancellarij recognoui & ſubſcripſi. Data pridie Non. Julij anno Domini incarnationis DCCCC. LXIV. Indictione IV. anno Imperij Magni Ottonis Imperatoris Auguſti III. Actum apud Aquam pendentem, in nomine Chriſti, Amen. *Anno 964.*

Poppo Cancellarius ad vicem Friderici Archicapellani recognoui. Data Kalend. Junij Anno ab incarnatione Domini DCCCC. XL. Indictione VIII. feria *Anno 940.*

ria II. anno autem Ottonis piiſſimi regis IV. Actum Salze, in Dei nomine feliciter, Amen.

Liutulfus Cancellarius ad vicem Brunonis Archicapellani recognouit. Data VII. Idus---- anno Dominice incarnationis DCCCC. LXI. Indict. IV. Anno regni Sereniſſimi regis Ottonis XXII. Actum Burchem, in Chriſti nomine feliciter, Amen. *Anno 961.*

OTTONIS SECVNDI.

Hildipoldus Epiſcopus & Cancellarius ad vicem Willigiſi Archicapellani recognoui. Data quarto Idus Junij, Anno Dominice incarnat. DCCCC. LXXIX. indict. VI. anno vero regni ſecundi Ottonis XIV. Imperij autem II. Actum Bruomade feliciter, Amen. *Anno 979.*

Willigiſus Cancellarius vice Rudperti Archicapellani ſubſcripſi. Data V. Kal. Iunij, anno incarnat. Domini DCCCC. LXXIII. anno regni Domini Ottonis XIII. Imperij autem V. Acta Alſteti. *Anno 973.*

Egbertus Cancellarius ad vicem Willigiſi Archicapellani notaui. Datum XIV. Kal. April. Anno Dominice incarnationis DCCCC. LXXVI. Indictione tertia, anno vero regni Domini Othonis XVI. Actū Threke. *Anno 976.*

Adalbertus Cancellarius ad vicem Petri Epiſcopi Papienſis Archicancellarij recognoui & ſubſcripſi. Datum prid. Id. Nouemb. Anno Dominice incarnationis DCCCC. LXXXIII. Indict. XII. anno regni Domini Ottonis ſecundi XXIII, Imperij XVI. Actum Capue feliciter. *Anno 983.*

Bildiboldus Epiſcopus & Cancellarius vice Willigiſi Archicapellani notaui. Data Non. Jun. anno Dominice incarnat. DCCCC. LXXXIII, Regni *Anno 983.*

vero ſecundi Ottonis XXV. Imperij autem XV. Indict. XI. Actum feliciter Verone, Amen.

OTTONIS III.

Hildibaldus Epiſcopus & Cancellarius vice Willigiſi Archiepiſc. recognoui. Data XIII. Kal. Decemb. anno Dominice incarnationis DCCCC.XCV. Indict. VIII. anno autem tertij Ottonis regnantis XII. actum Aquiſgrani Palatio feliciter, Amen. *Anno 995.*

Ludebaldus Epiſcopus & Cancellarius vice Willigiſi Archiepiſcopi recognoui, Data III. Kalend. Auguſt. anno Dominice incarnationis DCCCC. LXXXVIII. Indict. II. anno autem tertij Ottonis regnant. ſexto, Actum Ingelheim feliciter, Amen. *Anno 988.*

Heribertus Cancellarius vice Petri Cumani Epiſcopi recognouit. Datum X. Kalend. Iunij, Anno Dominice incarnationis MI. Indict. XIV. anno tertij Ottonis regni XVII. Imperij V. Actum Papie feliciter, Amen.

Exempla ſecundi modi.

HENRICI II. ſiue Sancti.

Anno 1004. Engilbertus Cancellarius vice Willigiſi Archicapellani recognoui. Data VI. Kal. Septemb. Indict. II. anno Dom. incarnat. M. IV. Anno vero Domini Henrici II. Regis III.

Bruno Cancellarius vice Willigiſi Archicapellani recognoui. Data Non. Nouemb. Indict. I. anno Dom. incarn. M V. anno vero Domini Henrici ſecundi Regis IV. Actum Werde feliciter, Amen. *Anno 1005.*

Guntherius Cancellarius vice Willigiſi Archicapellani recognoui. Data VIII. Idus Aprilis, Indict. VIII. anno

anno ab incarnat. Domini M. IX. anno vero Domini Henrici ſecundi regnantis VIII. Actum Regenſpurch feliciter, Amen. *Anno 1009.*

Egilbertus Cancellarius vice Willigiſi Archicapellani recognoui. Data II. Idus Nouembr. anno Dominice incarnationis M II. Indict. I, Anno verò Domini Henrici regnant. I. Actum Ratiſpone. *Anno 1002.*

Guntherius Cancellarius vice Erchanbaldi Archicapellani recognoui. Data XIV. Kal. Iulij, Indictione IX. anno Dominice incarnat. M. XI. anno vero Domini Henrici ſecundi regnant. X. Actum Randesburc. *Anno 1011.*

Guntherius Cancellarius ad vicem Erckenbaldi Archicapellani recognoui. Data IV. Kal. Junij Indict. III, anno Dominice incarnat. M. XX. anno vero Domini Henrici ſecundi regnantis XIX. Imperantis autē VII. Actum Alſteti feliciter, Amen. *Anno 1020.*

Guntherius Cancellarius ad vicem Erkenbaldi Archicapellani recognoui. Dat. V. Non. Iul. Indict. III. anno Dominice incarnat. M. XXI. anno verò Domini Henrici ſecundi regnantis XX. Imperantis VIII. Actū Colonie feliciter, Amen. *Anno 1021.*

CHVNRADI II. Salici.

Vdalricus Cancellarius, vice Aribonis Archicapellani recognoui. Data Kal. Januar. Indict. XII, anno Domin. incarnat. M. XXIX. anno vero Domini Chunradi ſecundi regni V, Imperij vero III, Actum Auguſte. *Anno 1029.*

Burchardus Cancellarius vice Aribonis Archicapellani recognoui. Data XIV. Kal. Auguſti Indict. I, anno Dom. incarnat. M. XXXIII. anno autem Domini *Anno 1033.*

Chunradi ſecundi regnantis IX. Imperij autem VII. anno etiam Domini Henrici Regis tertij VI. Actum Imleb.feliciter, Amen.

HENRICI III.

Eberhardus Cancellarius vice Bardonis Archicancellarij recognouit. Dat.V.Jd.Nouemb.Indict.X.anno
Anno 1041. Dom.incarnat. M. XLI. anno autem Domini Henrici tertij,ordinationis eius XIV.regni vero III. Actum Vlme feliciter, Amen.

Guntherus Cancellarius vice Luitholdi Archicancellarij & Archicapellani recognouit.Dat.XVIII. Kal.
Anno 1054. Maij.anno Chriſti M. LIV.Henrici tertij deſignationis XXVIII. regni XV.Imperij VIII. Actum Ebiletzdorff.

Theodoricus Cancellarius vice Bardonis Archicancellarij recognoui. Data II. Jdus Maij,Indictione
Anno 1039. VII. anno Dominice incarnationis M.XXXIX. Anno autem domini Henrici III. ordinationis XII. regni vero I. &c.

Wintherius Cancellarius vice Luidvvaldi Archicancellarij & Archiepiſcopi recognoui.Data XV. Kal.
Anno 1052. Junij anno Dominice incarnationis M.LII. Jndictione X. anno domini Henrici III. regis,II.Jmp. ordinationis eius XXIV. regni quidem XIII. Jmperij autem VI.

Wintherius Cancellarius vice Bardonis Arcicancellarij recognoui, Data XIII.Kalend. Auguſti anno Do-
Anno 1059. minice incarnationis M. LIX. Jndictione I. anno autem domini Henrici tertij Regis, ſecundi Jmperatoris ordinationis eius XX. regnantis quidem X. Jmperantis autem II. in nomine Domini Actum Mindo, feliciter, Amen.

Hen-

HENRICI IV. Imp. III.

Herimannus Cancellarius vice Wezelonis Archicancellarij recognouit. Data V. Idus Aprilis anno ab incarnatione Domini M.LXXXVI. Indictione IX. anno autem domini Henrici, regni quidem XXXII. Imperij verò III. Actum Ratisbone in Christi nomine feliciter, Amen. *Anno 1086.*

Herimannus Cancellarius vice Bezelini recognouit. Datum V. Idus April. anno Christi M.LX. regni Henrici XXXII. Imperij II. Actum Reginoburgi. *Anno 1060.*

Adelbero Cancellarius vice Sigefridi Archicancellarij recognouit. Data V. Idus Maij, anno Dominice incarnationis M. LXXI. Indictione nona, anno autem ordinationis domini Henrici quarti XVII. regni verò XV. Actum Leodij feliciter, Amen. *Anno 1071.*

Adelbero Cancellarius vice Sigefridi Archicancellarij recognoui. Data eſt VII. Kalend. Iulij anno Dominice incarnationis M.LXX. Indictione IX. anno autem ordinationis Domini quarti Henrici Regis XVI. regni verò XIV. Actum Aquiſgrani, in Dei nomine feliciter, Amen. *Anno 1070.*

Adalbertus Cancellarius vice Sifridi Archicancellarij recognoui; Anno Domini M.LXXIV. Indictione XIII. XI. Kalend. Decembris. Data ordinationis domini Henrici quarti Regis XX. regni XVIII. Actum Ratiſpone in nomine IESV CHRISTI feliciter, Amen. *Anno 1074.*

Wintherus Cancellarius vice Luitpoldi Archicancellarij recognoui. Data V. Idus Februarij, Anno Dominice incarnationis M.LVII. Anno domini Henrici quarti Regis ordinationis III. regni I. Actum Neuburg in Dei nomine. *Anno 1057.*

Wichbertus Cancellarius vice Annonis Archicancellarij recognoui, Data IX. Kalend. Nouembr. Anno incarnationis Domini M.L XII. anno autem ordinationis Henrici IV. regis VIII. regni verò VII. Actum Auguſte in Dei nomine, Amen.

Anno 1062.

al. Sighardus. Sigefridus Archicancellarius recognoui, Data XV. Kalend. Septembris, Anno Dominice incarnationis M. LXV. Indictione III. anno autem ordinationis domini Henrici quarti Regis XI. regni verò IX. Actum Friſing. in Dei nomine feliciter, Amen.

Anno 1065.

HENRICI V.

Arnoldus vice Adalberti Archiepiſopi & Archicancellarij recognoui. Data VII. Kalend. Aprilis Indictione IV. anno Dominice incarnationis M.C. XI. anno ordinationis domini Henrici Regis Romanorum XI. regni autem VI. Imperij verò primo. Actum eſt Goſlarie in Chriſto feliciter, Amen.

Anno 1111.

ali. Rutbard. Ego Albertus Cancellarius vice Rothardi Archicancellarij recognoui. Anno Dominice incarnationis M. C. VII. Indictione XV. anno autem domini Henrici quinti Romanor. Regis ſecundo, Dat. Kalend. Jan. Actum Leodij feliciter in nomine Domini.

Anno 1107.

Albertus Cancellarius vice Rothardi Maguntini Archiepiſcopi. Data eſt tertio Non. Januar. An. Dom. incarnat. M. C. VII. Indict. XV. anno autem ordinationis Dñi Henrici quinti regis, IX. regni II. Actum Radiſpone feliciter, Amen.

Anno 1107.

LOTHARII Caeſ.

Ekkardus Notarius Regis Lotharij Inuictiſſimi vice Adalberti Moguntini Archicancellarij recognouit, &c.

Anno 1130.

CONRADI III. Jmp. II.

Ego Arnoldus Cancellarius vice Henrici Moguntini Archiepiſcopi & Archicancellarij recognoui. Data IV. Jd. Iul. Indict. IX. an. Dom. Jncarnat. M.C.XLVI. regnante Chunrado Rom. Jmp. II. anno regiminis IX. Actum in Epiſcopatu Ratſponenſi, in Chriſto feliciter, Amen. *Anno 1146.*

FRIDERICI I.

Ego Reinaldus Cancellarius vice Arnoldi Moguntinen. Archiepiſcopi & Archicancellarij recognoui, regnante domino Friderico Romanor. Jmperatore in Chriſto, Datum Ratiſpone XV. Kalend. Octobr. Jndictione quarta, anno Domin. incarnat. M. C. L V I. anno regni eius quinto, Jmperij ſecundo, Amen. *Anno 1156.*

Ego Reinoldus Cancellarius, vice domini Moguntin. Archiepiſcopi & Archicancellarij recognoui. Dat. Auguſte XVIII. Kal. Jul. an. Dom. incarnat. M. C. L VIII. Jndict. VI. regnante Friderico Romanorum Imperatore Auguſto, anno regni eius ſeptimo, Jmperij verò tertio. *Anno 1158.*

Ego Gotfridus Jmperialis aule Cancellarius vice Dni. Chriſtiani Maguntine Sedis Archiepiſc. Germamanie Archicancellarij recognoui. Acta ſunt hec anno ab incarnat. Domini M. C. L X X X. Jndict. XIII. regnante Friderico Romanor. Jmper. Glorioſiſſimo anno regni eius XXIX. Jmperij verò XXVI. Dat. Ratiſpone in ſolemni Curia III. Jdus Julij feliciter, Amen. *Anno 1180.*

Reinaldus Cancellarius vice Arnoldi Mogunt. Archiep. & Archicancellarij recogn. Babenberge, IV. Non. Julij anno M. C. L VII. *Anno 1157.*

Ego

Ego Godefridus Imperialis aule Cancellarius vice Chriſtiani Moguntine Sedis Archiep. & Germanie Archicancellarij recognoui. Acta ſunt hec anno incar-
Anno 1182. nat. Dominice M. C. L X X X I I. Indict. X V. regnante Domino Friderico Romanor. Imper. Glorioſiſſimo anno regni eius X X X I. Imperij verò X X V I I I. Actum Moguntie in ſolemni curia V I. Kalend. Iun. feliciter, Amen.

Ego Henricus Cancellarius vice Chriſtiani Moguntini Archiepiſcopi & Archicancellarij recognoui. Acta
Anno 1171. ſunt hec anno Dominice incarnationis M. C. L X X I. Indict. IV. regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo, anno regni eius X X. Imperij vero X V I I I. Datum Leodij I I I. Kalend. Octobr. feliciter, Amen.

Ego Chriſtianus ſacri Palatij Cancellarius, & Moguntine ſedis electus recognoui. Acta ſunt hec Dominice
Anno 1166. incarnationis M. C. L X V I. Indict. quartadecima, regnante Domino Friderico Romanor. Imp. glorioſiſſimo, anno regni eius quartodecimo, Imperij vero vndecimo feliciter, Amen. Datum apud Ratiſponam, tertio Idus Aprilis.

Ego Godefridus Imperialis aule Cancellarius, vice Chriſtiani Moguntine ſedis Archiepiſcopi & Germanie Archicancellarij recognoui. Acta ſunt hec anno
Anno 1183. Dominice incarnat. M. C. L X X X I I I. Indict. I. regnante Domino Friderico Rom. Imp. glorioſiſſimo, anno regni eius X X X I I I. Imperij vero X X I X. Datum apud Egram, I I I. Kal. Iunij.

HENRICVS VI.

Videtur circa hac tempora forma ſeu modus recognoſcendi

di litteras Caſareas Regiaſque aliquandiu intermiſſus.

Acta ſunt hec, Anno incarnationis Dominice M. C. *Anno 1193.*
XCIII. Indict. XI. regnante Domino Henrico ſexto Romanor. Imper. glorioſiſſimo, anno regni eius viceſimo tertio, Imperij vero tertio. Datum apud Würzburgk. XV. Kalend. Iulij.

PHILIPPI II.

Ego Conradus Herbipolen. Epiſcopus, & Imperialis aule Cancellarius recognoui. Acta ſunt hec anno ab incarnat. Domini M. CC. I. Indict. V. regnante Domino *Anno 1201.*
Philippo ſecundo Romanor. rege glorioſo, anno regni eius quarto, Datum apud Norinberg XII. Kal. Octobr.

Ego Chunradus Hildesheimenſis Epiſcopus, Erbipolenſis electus, Imperialis aule Cancellarius vice Domini Chunradi Maguntini Archiepiſcopi, totius Germanie Archicancellarij recognoui. Acta ſunt hæc anno Dominice incarnationis, M. C. XCIX. Indict. II. *Anno 1199.*
regnante glorioſiſſimo Romanor. Rege Philippo II. regni eius anno II. Datum Maguncie III. Kal. Octob.

FRIDERICI II.

Ego Chuonradus Metenſis & Spirenſis Epiſcopus, Imperialis aule Cancellarius, vice Domini Sigfridi Moguntinenſis Archiepiſcopi, & totius Germanie Archicancellarij recognoui. Acta ſunt hec Erbipoli Anno Domini M. CC. XVI. regnante glorioſiſſimo Domino *Anno 1216.*
Friderico Dei gratia ſecundo, Romanorum Rege & ſemper Auguſto, & inclito rege Sicilie, Anno Romani regni eius quarto, Sicilie vero octauo decimo feliciter. Datũ per manus Berchtoldi de Niffen, Regalis

aule Protonotarij, Anno prenotato, Id. Maij, Indict. quarta.

Ego Conradus Metenſ. & Spiren. Epiſcopus, Imperialis aule Cancellarius vice Domini Syfredi Maguntine ſedis Archiepiſcopi & totius Germanie Archicancellarij recognoui. Acta ſunt hec anno Dominice in-
Anno 1219. carnat. M. CC. XIX. Indict. VIII. regnante Domino noſtro Friderico D. g. Illuſtriſſimo Romanorum Rege ſemper Auguſto, & Rege Sicilie, anno regni eius in Germania VII. & in Sicilia XXII. feliciter, Amen. Datum apud Nurenberc VI. Kal. Decembr. Indict. preſcripta.

Ego Conradus Metenſ. & Spiren. Epiſcopus Imperialis aule Cancellarius vice Domini Frederici Moguntin. Archiepiſcopi & totius Germanie Archicancellarij recognoui. Acta ſunt autem hec Anno Dominice
Anno 1220. incarnationis M. CC. XX. Indict. IX. regnante Domino Frederico ſecundo Romanorum & Sicilie Rege glorioſiſſimo, Anno regni eius in Germania VIII. in Sicilia vero XXIII. Data apud Franckenfort VI. Kalend. Maij, Indict. preſcripta.

Omitto Imperatores ſubſequentes, cum morem ſubſcribendi literas hactenus commemoratum parum vel nihil obſeruatum fuiſſe reperiam: nec verò quamuis viguiſſet ſemper, ad præſens inſtitutum noſtrum multum conferret hic congerere. Addo tantum vnum adhuc, atq; alterum exemplum, vt conſtet, antiquiſſimum iſtum morem noſtro, & ſuperiori ſeculo denuò introductum fuiſſe.

CAROLI IV.

Anno 1366. Datum Prage anno Domini M.CCC.LXVI. Indict.

Quar-

Quarta. XII. Kal. April. Regnorum noſtrorum anno XX. Imperij verò XI.

Ego Iohannes Dei gratia Olmucen. Epiſcopus Regalis Capelle Boëim Comes, & Sacr. Imperialis aulæ Cancellarius, vice Reuerendi in Chriſto Patris Domini Gerlaci Moguntin. Archiepiſcopi, ſacri Imperij per Germaniam Archicancellarij recognoui.

FRIDERICI III.

Ad mandatum proprium Domini Imp. Vlricus Weltzli ViceCancellar. *Anno 1455.*

MAXIMILIANI I.

Ad mandatum Domini Regis proprium Bertoldus Archiepiſcopus Moguntinen. Archicancellarius. *Anno 1495.*

CAROLI V.

Ad mandatum Domini Imperatoris proprium, Albertus Cardinalis Moguntin. Archicellarius.

MATTHIÆ I.

Vice Reuerendiſſimi Dom. Io. Svvicardi Archicancellarij Moguntini.

V. H. Ludvvig von Vlm.

Tertij modi exempla.

S. HENRICVS II. Imp. I.

Henricus Cancellarius vice Heriberti Epiſcopi & Archicancellarij recognouit. Dat. anno Dominice incarnationis M. XIV. Indict. XII. anno Domini Hen- *al. Euergerus & Euphrerdus.* *Anno 1014.*

 rici

rici Imperatoris regni duodecimo, Imperij eius primo, Actum Romæ feliciter.

HENRICI IV.

In tractatione Venetiis habita. Anno M. C. LXXVII.

Anno 1177. Ego Philippus Colonien. Archiepiſcop. & Italiæ Archicancellarius ſubſcripſi.

In tranſact. Henrici IV. cum PP. Calixto.

Ego Fridericus Colonien. Epiſcop. & Cancellarius recognoui.

FRIDERICI I.

Anno 1155. Actum Dominico incarnationis M. C. LV. Indict. *Baron. Imp. XII. fol. 188.* III. regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore glorioſo, anno regni ſui quarto, Imperij primo. Data apud Ciuitatem Tridentinam ſeptimo Id. Septembr.

Ego Arnoldus Colonienſis Archiepiſcopus & Italiæ regni Archicancellarius recognoui.

Anno 1162. Ego Vdalricus Cancellarius vice Reinaldi Colonien. Archiepiſc. & Archicancellarij, recognoui. Data Papiæ poſt deſtructionem Mediolani, II. Non. April. Indict. X. regnante Domino Friderico Imperatore glorioſiſſimo anno regni eius X, Imperij vero VII.

Ego Vlricus Cancellarius vice Reinaldi Colonien. Archiepiſcopi recognoui. Acta ſunt hæc anno Domi-*Anno 1161.* nicæ incarnationis M. C. LXI. Indict. IX. regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore inuictiſſimo, anno regni IX. Imperij vero VI. Datum Cumas IV. Kal. Februar. feliciter, Amen.

Ego Vlricus Cancellarius vice Reinaldi Achiepiſcopi Colonien. & Italiæ Archicancellarij recognoui. Acta ſunt

ſunt hec anno Dominice incarnationis M. C. L X I. Indict. I X. regnante Domino Friderico Rom. Imp. victore anno regni eius X. Imperij verò V I I. feliciter, Amen. Datum ante Portas Ciuitatis Mediolanen. tempore vaſtationis, I I I. Non. Iunij. *Anno 1161.*

Ego Godefridus Cancellarius vice Philippi Colonien. Archiepiſcopi, & Italie Archicancellarij recognoui. Acta ſunt hec anno Dominice incarnationis M. C. LXXVII. Indict. X. regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo, Anno regni eius X X V I. Jmperij autem X X I I I. in Dei nomine feliciter, Amen. Datum apud Cellam S. Jacobi in Volana in Archiepiſcopatu Rauennat. Prid. Kal. Iunij menſis. *Anno 1177.*

DITMARVS *Merſeburgenſis Epiſcopus, Henrico S. & Othoni I I I. Impp. coæuus de electione modo dicti Henrici hac tradidit*: Qui (*Henricus Dux*) initio menſis Junij cum primis Bauariorum & Orientalium Francorum Wormatiam venit, cauſa Rhenum ibidem tranſeundi, Magontiæq; benedictionem accipiendi. Quod prohibere Hermannus Dux nititur, nullumq; eis patefecit, Rheno fauente ingreſſum. Dux autem Henricus habito de his rebus cum ſuis conſilio ſimulato in Bauariam reditu, tranſituq; quaſi deſperato, ad vrbem Larſem, vbi ſanctus requieſcit Nazarius, venit. Deindeque ad Magontiam celeriter properando, Rhenum ſecurus enauigat. Hic V I I I. Id. Iunij ibidem communi deuotione in regem electus à Wiligiſo, eiuſdem Sedis Arciepiſcopo, ſuffraganeorumque ſuimet auxilio, accepta regali vnctione, cunctis præſentibus Deum collaudantibus coronatur. *Lib. 5. f. 45.*

ADELBOLDVS *his conſentientia ſcribit*: Dux (*Henricus*) LXXVI.

ricus) habito conſilio, reditum in Bauariam ſimulauit, & quaſi tranſitum deſperans, Loresheim venit. Inde Moguntiam feſtinans, ſine impedimento tranſiuit. Ibi octaua Idus Iunij in Regem eligitur, acclamatur, benedicitur, coronatur, &c.

Patet ex præmiſſis Dithmari & Adelboldi verbis quo tempore Henricus Rex Rom. II. Imperator I, vulgò ſanctus, Claudusq́; dictus, electus ſit, vbi, à quibus. Et hunc primum vigore ſanctionis ſub Ottone III. factæ Imperatorem delectum fuiſſe iuxta veteres auctores, ne noui quidem iſti, & in alia omnia propenſiores inficiantur. Nec verò deſunt aduerſariorum obiectiones quamplures, quibus efficere conantur, ne quiſquam ſibi perſuadeat, de Septemuiratûs Imperij origine, & Septemuiris ipſis iſthæc accipienda eſſe: de quibus quia ſuo rectius dicetur loco, tacere hîc magis, quàm proferre quicquam lubet.

RESPONDETVR AD ARGVMENTA SEV COMMENTA ADVERSARIORVM.

CAPVT VII.

Cap. VII.

Reſpondetur ad rationes cõtrarias.

Porrho ad rationes in contrarium adductas quod attinet: quamuis eæ tot teſtibus, omni exceptione maioribus; hiſtoricis nimirum, Iuriſconſultis Theologis, Principibus, Regibus, Imperatoribus, Concilijs, ac ipſis ſummis Pontificibus ſatis ſuperq́; refutētur, penitusq́; deſtruantur: ne tamen quiſquam deſiderare quicquam poſſit, ſingulatim ad eas reſpondebimus.

I. *Nicol. Ciſner. de Othon. III. Imp. inſtitut.*

Et primò quidem, Nullum extare Decretum, aut hactenus exhibitum fuiſſe, aiunt aduerſarij, promulgata ſanctionis huiuſ-

huiuſmodi vel ab Othone III. vel à Pontifice Gregorio V. Atqui pauci ſunt, iiq; recentiores, qui negant: quorum ſingulis plures ex aſſeclis illorum opponi poſſunt, quibus de Decreto iſto dubitare, nunquam in mentem venit: ad quos, cum publicè exſtent, ne prolixior commemoratio tædium pariat, me remitto: nomina ſolummodo illorum, facilioris indaginis causâ notaſſe ſatis habens; ſunt autem: Simon Schardius, Henricus Pantaleon, Georgius Fabricius, Sebaſtianus Munſterus, Henricus Butingus, Ioannes Balæus Anglus hæreticus, Chriſtianus Maſſe⁹, Theodorus Bibliander, Iulianus Taboëtius, Michaël Buchinger, Hadrianus Damman Gandauus, Baſilius Ioann. Herolt, Mathias Caſtrutius Darmſtadanus, Valentinus Munzerus, Iacobus Eiſenberger, Theatrum Vitæ Humanæ, Hieronymus Megiſerus, Ioannes Lucidus, Ioannes Pomerius, VVolfgangus Kraus, Georgius Sabinus, Georgius Schönberger, Mathias Stephani Pomeranus, Georgius Richterus, Petrus Heigius & plures alij ſanctionis ſeu Decreti aſſertores, qui omnes ab impugnatoribus Decreti in ius vocandi erunt prius, ac iudicio ſuperandi, quàm opinio illorum fidem inueniat. Franc. Iun. & alij.

Quod ſi numerus teſtium, ſi auctoritas, ſi antiquitas, quicquam momenti habet, ſicuti habere omninò debet: paucis penè innummeri, obſcuris dignitate perſpicui, recentioribus antiquiſſimi: affirmantes deniq; negantibus iure merito præferuntur. Quin etiam extitiſſe Decretum illud, quod vt exhibeatur tantopere vrgent aduerſarij plurimorum probatæ fidei auctorum aſſertione certum eſt: dicere autem nunquam in rerum naturâ fuiſſe, quia hodie non exſtet omninò eſt ineptum. Cauſas verò ob quas hoc ipſum Decretum amiſſum ſit, ſuperioribus ſeculis multas extitiſſe, & noſtro quoq; æuo non defuiſſe, omnibus notum eſt. Et quis alium melioremq; prouentum exſpectet ex incuriâ eorum quibus cuſtodia publicorum inſtrumentorum demandata eſt? ex malitiâ & peruerſitate eorum

qui

Digitized by Google

qui archiuorum publicorum & Bibliothecarum expilationi nunquam non inhiant? ex iniuriâ deniq; ac immanitate tumultuantium, qui omnia ſubruere, deripere, in cineres redigere, diſperdere ſolent? adeò vt nemo mirari debeat, plurima eaq; optima & præſtantiſſima monumenta intercidiſſe, quæ, abſq; hoc fuiſſet, ad nos ſalua & incolumia peruenire potuiſſent

II. *Ad ſecundum.] apud Gratianum qui circa annum M. C. L I. vetera Decreta, Conſtitutiones & Statuta Pontificum conſcripſit, ne verbum quidem & iota vnum multò minus integrum Decretum tale ſiue Ordinationem & Statutum Othonis III. & Gregorij V. de Electione & Electoribus reperiri; nullum ergò extitiſſe, ſed purum putum figmentum eſſe, reſpondetur: ratiocinationem hãc ex præmiſſis negatiuis nullam eſſe, & ex cauſis proximè commemoratis euenire potuiſſe, aut etiam contigiſſe, vt Decretum illud ante Gratiani tempora interciderit. Sed nec Gratiano quidem propoſitum fuit, omnes & ſingulas Pontificum Conſtitutiones iſti ſuo operi inſerere; ſed eas tantum, quæ propoſito negotio inſeruirent.*

III. *Tertij argumenti, nullos nempè reperiri hiſtoricos Othoni III. & Henrico II. contemporaneos, quorũ quidem libri publicè exſtent, qui huius ſiue Othoniani ſeu Gregoriani inſtituti mentionem aliquam fecerint: huius inquam argumenti vanitatem cum Dithmarus & Adelboldus Gregorij V. Othonis III. & Henrici coætanei, tum ipſe quoque S. Thomas redarguit, qui expreſſè ſcribit, antiquas hiſtorias tradere per Gregorium V. prouiſam fuiſſe Electionem: quas hiſtorias ſanctus ille dubio procul vidit ac legit, ante ducentos ſeptuaginta & plures annos: viderunt quoque & legerunt alij iſtis temporibus propinquiores, quibus tamquam antiquiſſimis, magis tutiuſq; fidendum, quam neotericis iſtis, qui noua opinionis ſuæ nullam aliam certiorem adferunt rationem, auctoritatemue, præter Pyrronicum illud δοκεῖ, ſic videtur, probabile eſt, ſic nobis*

Lib. 3. de regim. princip. cap. 19.

per-

Digitized by Google

perſuaſum habemus, & eiuſmodi Ariſtarchis conſueta ſexcenta alia.

ALBERTVM *Abbatem Stadenſem & Martinum Polonũ primos eſſe authores, qui tradiderunt electionẽ Romani Cæſaris penes ſeptem officiales Imperij reſidere; nulla veritate nititur.* Et Albertus quidem nequaquam ſcribit, ſuo tempore vel paulò ante ſua tempora inſtitutos fuiſſe Electores; ſed abſolutè: ex prætaxatione & conſenſu Principum eligunt Imp. hoc eſt, ſic conſtitutum eſt & ſancitum, vt Electores illi nomine omnium eligant, & in eligendo quaſi omnium perſonam ſuſtineant. *Conſignauit etiam Stadius Commentarios ſuos anno M. CC. XL. toto nimirum quinquennio ante Concilium Lugdunenſe; quod ſi ergò tunc temporis Electores iam fuerunt conſtituti: quo cerebra ex eo probare neoterici quidam conantur, in ipſo concilio, aut poſtea tandem inſtitutos eos fuiſſe?* IV.

P. Gretſer. de ſenſ. 3. pro Bellarm. col. 176.

Aeque inanè ac futile eſt commentum, Martinum Polonum authorẽ primũ extitiſſe cõmunis huius ſentẽtiæ, & cæteros eum fuiſſe ſecutos. qui quidem error ex malè intellecto Martino originem traxit: cum auctor ille expreſſè ſcripſerit, ſenſerit q́;, poſteà: *hoc eſt, cùm Otho III. & alij ante ipſum per ſucceſſionem adepti fuiſſent Imperium, ipſe autem Otho nullos haberet hæredes maſculos qui ei ſuccederent,* conſtitutum ab eo fuiſſe, *vt poſtea deinceps, impoſterum, in futurum, aut futuris temporibus regnum per electionem conferretur.* V.

Electoris notionem priſcis illis ſeculis incognitam, tandem circa Aureæ Bullæ tempora natam fuiſſe, id verò eorum craſſam inſcitiam hiſtoriarum, ac veterum monumentorũ prodit, quos id aſſerere non pudet. Contrarium manifeſtum eſt vt prætereantur alia, ſaltem ex Decretali Innocentij III. ab omnibus decantatâ, in quâ Electorum & electionis pluries fit mentio. Ipſe quoq́; Fridericus I. contrarium adfirmat; vt ſuo loco dictum. VI.

Digitized by Google

Electores inſuper & quod idem eſt, Electionarij à Iureconſultis veteribus laudati. Quin etiam alia multa Electorum γνωρίσματα in antiquiſſimis monumentis reperire eſt; Principes *enim ij dicti fuerunt abſolutè & per excellentiam, quo modo ipſe Imperator, κατ' ἐξοχὴν Princeps ſæpiſſimè reperitur ſimpliciter ab hiſtoricis vocatus:* Officiati *item, &* officiales regni *ſiue* Imperij, Primitiui Principes, excellentior dignitas optimatum Imperij, *ſiue* eminentior gloria Archipalatini, Palatini Archiduces (*quibus titulis Fridericus I. & Sigiſmundus Cæſar Electores indigetarunt*) primates regni. regni Teutonici primates, *& ſimilia, quæ rem vnam eandemq́; denotarunt.*

VII. Othones *non ſucceſſione, ſed electione omnium Principum ac populi ad regnum perueniſſe, probare nituntur aduerſarij, ex VVittikindo, Ditmaro, (qui Epiſcopus factus Anno M. VIII.) Othone Friſingen. & Rheginonis continuatore qui vſq; ad annum CMLXIX. hiſtoriam ſuam perduxit: ſed hi omnes auctores ſucceſſionem teſtantur, non autem Electionem talem, qualis poſtmodum ex ordinatione Papæ Gregorij V. & Othonis III. reperitur introducta. Et VVittikindus quidem, de Henrico Aucupe Othonis III. patre ſcribit:* Henricus Rex cum ſe iam grauari morbo ſenſiſſet, conuocato omni populo deſignauit filium ſuum Othonem Regem. *& alibi:* Defuncto itaq; patre patriæ & regum maximo optimo Henrico: omnis populus Francorum atque Saxonum, iam olim deſignatum Regem à Patre, filium eius Othonem elegerunt ſibi in Principem. *Hoc eſt, acceptarunt eum, & confirmarunt, fidelitatem & ſubiectionem ipſi promittendo ac præſtando. Succeſſione ergo, non libera electione adeptus eſt Otho regnum. Ditmarus etiam ſucceſſioni ſuffragatur magis quam electioni his verbis:* Indoles autem relictæ poſteritatis *(de Ottone primo loquitur)* triſtia principum

Lib. 1. in fine.

Lib. 2. in princ.

Lib. 5. fol. 22.

cipum corda lætificat, & certos voluntariæ electionis (*id eſt, ſubiectionis*) hos fecit. Nec pluribus quibus regnandi ſpes in ſubſecutura Dominorum ſobole non relinquitur,& inter ſe factâ diſſenſione ac longâ contentione,aliquod conſilium & ſolamen citò non prouidetur, ſi in conſanguinitatis lineâ aliquis tali officio dignus non inueniatur, ſaltem in alia benè morigeratus,omni odio procul non remoto aſſumatur. Quia maxima perditio eſt alienigenas regnare; hinc depreſſio & libertatis venit magna periclitatio. *Quid clarius dici potuiſſet pro ſucceſſione? Idem Dithmarus alio loco:* Omnes Reip. Principes magnum Reginæ Mechtildis mœrorem lenire cupientes, Ottonem filium eius, patris ſui decreto ac petitione vno ore in regem ſibi & dominum elegerunt, *&c. deſignatio iam facta fuerat à patre Henrico adhuc viuente: hic non niſi approbatio, & ſubiectio, ſponſioq́; fidelitatis ſubſecuta. Ex Othone Friſingen. cum de electione Friderici I. Anno M.C.LII. peractâ agit, nihil prorſus adferri poteſt, quod ſanctioni Gregorianæ ſeu Othonianæ repugnet.* Cum de eligendo, *inquit,* Principe PRIMATES conſultarent, nam id iuris Romani Imperij apex, videlicet non per ſanguinis propaginem deſcendere, ſed per Principum electionem reges creare ſibi tanquam ex ſingulari vendicat prærogatiuâ, tandem ab omnibus Fridericus Sueuorum Dux, Friderici Ducis filius petitur, cunctorumq́; fauore in regem ſublimatur. *Secus ſenſit, ſcripſitq́; Antiſtes hic noſter nobiliſſimus de Ottonibus; & de primo quidem, ſeu Magno in hunc modum ſeſe explicat:* Anno ab incarnatione Domini DCCCC. XXXVI. Otto Henrici filius patri nobilis hæres in regno ſuccedens, *&c. De ſecundo Ottone ſic:* Natale Domini (*Otto primus*) celebrans Romæ XIII. ex maioribus

Lib. 2. ſ. 15.

Lib. 2. cap. 1.

Lib. 6. cap. 19.

Cap. 24.

vrbis poſt præfectum, qui factionis ergà Leonem Papam rei fuerant, patibulo ſuſpendit. Dehinc vocato ad
Cap. 25. ſe filio ſuo Ottone, cum à Summo Pontifice coronari, & Auguſtum vocari fecit, *& de eodem paulò poſt:* Otto ſecundus, magni Ottonis filius qui viuente patre à Rom. Pontifice coronatus fuerat, patri in regnum ſuccedens,
Cap. 26. LXXXV. ab Auguſto imperauit. *De tertio deniq; hunc in modum:* Anno ab incarnatione Domini DCCCC. LXXXIV. Otto tertius patri in regnum admodum puer ſuccedens, *&c. ſucceſsionem vbiq; ſemperq; audimus, non electionem.*

Reginonis continuatorem nihil moror: qui ad rem noſtram non facit. Quis verò non miretur nouorum iſtorum hominum pertinax odium, quo ſaluberrimam hanc Septemuiralis ordinis inſtitutionem & continuationem à tot æuis, inſectantur, illamq; & cum hac pariter monarchicum regni ſtatum qui Germanis ſemper viſus ſit onus intolerabile, radicitus è medio ſublatum vellent. Melior longè ſaniorq; mens Germanos verè Germanos inſedit; è quorum numero Epiſcopus ille Numburgenſis Iulius non tam ordine inter Germaniæ proceres, quàm pietate & doctrina perilluſtris; patriotas ſuos inter multa alia, his affatur verbis: Poſteaquam Germania noſtra in vnius venit poteſtatem, & Romani Imperij dignitas in eam tranſlata fuit: non ſolùm de libertate huius deceſſiſſe nihil:
fol. 25. ſed omnes etiam communium hominum ordines in ea & liberiùs & commodiùs quam vllæ vſpiam gentes vixiſſe. Quin tantùm dignitatis atq; honorum adeptos fuiſſe, quantum alij aliarum gentiũ homines vix optare auderent, *& cætera, quæ prudentiſſimus, piiſſimusq; vir in hanc ſententiam in iſta oratione ſuâ ex candido pectore ſuo depromſit.*

VIII. *Ad Octauam obiectionem reſpondeo: Illuſtriſsimum Dominum*

num

num Cardinalem Bellarminum inſigniorem longè; atque ad omnem poſteritatem permanſuram laudem & gloriam ſingulari doctrinâ ſuâ, & excellentiſsimis virtutibus promeruiſſe; quam que ab iſtiuſmodi tenebrionibus denigrari poſſit. Inſigniter verò iniqui ſunt, iuxta ac impudentes homunciones iſti: dum Illuſtriſsimo integerrimoque viro tantoperè vitio vertunt, quod in re ab æuo noſtro remotiſsimâ, quamuis probabilibus quibuſdã, rectæ tamen rationi & iudicio verò omninò cõuenientibus argumentis vſus ſit: cum illi viciſsim nihil proferant aliud, quam quod contra omnem antiquitatis fidem, contraq; vnanimem omnium conſenſum, ex proprio cerebro ſuo confinxerunt, & ab omnibus recipi volunt: obliti interea, quod Prætor æquitatis cuſtos olim edixerat: Vt quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit, eodem iure ipſe quoque vtatur.

IX.

Dithmaro laus ſua & authoritas meritò conſtat: vtinam autem ille integer, & immunis à violentis manibus nobis relictus fuiſſet. Fatetur ipſemet Reineccius, qui Dithmarum publici iuris fecit, Archetypi copiam habere ſe non potuiſſe, etiamſi ſedulo in id incumberet: & exemplari quo vſus eſt, principium defuiſſe (*ſic nimirum male mulctatus fuerat iſte auctor à librarijs vel negligentibus, vel maleuolis*) non paucis etiam locis expoſitionem hærere atque deficere. *Addo: nonnulla ab alijs fuiſſe ſuppoſita, quale eſt illud:* Poſthæc Gregorius, qui Cæſari valdè charus erat, dolo capere niſſus occultas tendebat inſidias; *vbi editor in margine adiecit:* Gregorij Papæ in Ottonem III. inſidiæ *Gregorij nempè iſtius, qui iam ante fuerat mortuus. Verùm errorem hunc rectè notauit R. P. Gretſerus:* Ditmarum (ſi modo verba illa Ditmari, & non ſunt alterius cuiuſpiam) non intelligere Gregorium Papam V. cuius obitum iam ante recenſuerat: neque addere ad nomen Gregorij, nomen Papæ (& qui potuiſſet, cum Grego-

Lib. 4. f. 44.

In Defenſ. 3. Bellarm. col. 281.

rius Papa iam obiiſſet? concitatâ illâ in Othonem Romæ ſeditione anno M. I. (licet Reineccius ſectarius ad oram libri ex ſuo ergà Pontifices ſtudio hanc notam appinxerit: Gregorij Papæ in Othonèm III. inſidiæ. Fuit ergo ille Gregorius alius ex Othonis III. neceſſariis & familiaribus, quod rectè etiam notat Baronius Tom. XI. Anno Redemtoris M. I. Jpſe etiam Ciſnerus inſidias iſtas Ottoni ſtructas de quibus Ditmarus, refert ad tempora Gerberti, ſeu Sylueſtri II. ſucceſſoris Gregorij V. vt proinde Gregorius huc trahi nequeat, niſi ab illis, qui liuore cæci etiam ſine occaſione occaſionem Pontificibus maledicendi cudunt: vt habeant in quo petulantem linguam exerceant. *Hucuſque Gretſerus.*

Haud meliori fide, neq; maiori peritiâ Chronici Spirenſis author cum Ditmaro agit; cuius rei vnum ac alterum exemplum adferam. Ditmarus deductionem funeris Othonis III. ex Italiâ ad ſepulturam enarrans, inter cætera, his vtitur verbis. Exin cum ad Pollingum, curtem Sigefridi Præſulis Auguſtani venirent, ab Henrico Duce ſuſcepti, lacrymis eiuſdem vehementer iterum commoti ſunt. Quos ſingulatim, vt ſe in dominum ſibi & Regem eligere voluiſſent, multis promiſſionibus hortatur, & corpus Imperatoris cum apparatu imperiali, lanceâ duntaxat excepta, quam Heribertus Archipræſul *(qui tamen primùm, vt exiſtimant quidam, Henrico repugnaret, non tàm aduerſarius Henrici, quàm recens facti Decreti Pontificij de nouâ creandi Imperatoris ratione cuſtos; quod exemplo ſanciendum iudicabat.)* clàm promittens ſuam ſumſit in poteſtatem, habet honorificè. Archiepiſcopus autem cuſtodiâ parumper detentus, relicto ibi pro vadimonio ſui met fratre, cum licentiâ abijt, ac ſacram mox lanceam remiſit.

Lib. 4. fol. 99.

Fabr. Orig. Sax. lib. 2. p. 239.

ſit. Is cum omnibus, qui huc Imperatoris funus ſequebãtur, excepto antiſtite Sigifrido, Duci tunc nõ cõſentiebat, neq; omnino denegabat, ſed quo melior & maior populi totius pars ſe inclinaret, libẽter aſſenſurum pronunciabat, &c. *mira hìc Spirenſis Chronographi confuſio, cum ex Sigeberto antiſtite Auguſtano, Moguntinum cudit Archipræſulem; & viciſſim eum, qui apertè cum Henrico Duce ſentiebat, ipſi facit aduerſarium.*

Non minus ineptum eſt, quod idem Chronicon deinceps narrat: Cum Principes & populus ad electionem congregati eſſent, comparuiſſe etiam Ditmaro teſte inter Eccleſiaſticos, duas Abbatiſſas. *Egregiè ſcilicet hic author in iure ſe verſatum prodit, ignorans id, quod ne Dupondij quidem neſciunt: fœminas ab omnibus officiis ciuilibus & publicis eſſe remotas. Non profectò tam verè tamq; iuſtè Illuſtriſſimo Cardinali Bellarmino ab hoc ipſo Chronographo obiectum fuit, quàm illi verè iuſteq; obijci poteſt illud Syri:* Tu neſcis id, quod ſcis, ſi ſapis. *quin erubeſcat ipſas fœminas ſe prudentiores, quibus hæc ſtat ſententia:*

πάντα γὰρ δι' ἀρσένων
Γυναιξὶ πράσσειν εἰκὸς, αἵτινες σοφαί.

Sed vt rem teneamus, ſtatuerat Chronologus προλήψεσι δουλεύειν, ſuamq; præconceptam opinionem, quibuſcunq; adſcitis coloribus depingere, ne falſitas eius à quopiam animaduerteretur: ideoq; à veritatis viâ longiſſimè exerrauit; nec à ſeipſo faſcinatus videre potuit, Ditmarum loco citato, nequaquam de electione Henrici agere, ſed alio: nempe eo, quem ſupra adduximus & hic repetere non habemus neceſſe. Haud inuiti tamen id à nobis exigenti, damus; Conſtitutionem ſiue Gregorianam, ſeu Othonianam de eligendo Imperatore promulgatam, ſtatim ab initio non omnibus fuiſſe cognitam, nec cæteros Principes Status Regni Populumq;, aut qui Populum repræſentarent, Ciuitatum

fol. 411. col. 1. & ſeq.

L. 2. ff. de reg. iur.

Euripid. in ſupplicib.

uitatum ac Communitatum Conſules, Iudiceſque, non fuiſſe auditos, ſed inprimis Officiales Imperij Electores attendiſſe, in quem animi ſtprum omnium inclinarent, quem dignum iudicarent, & in caput & Rectorē ſibi dari expeterent; quemadmodum ex multis paſſim locis, præcipuè autē ex Paulo Bernrieden, VVelberto, Amando, aliisq; auctoribus antiquiſs. ac fide dignis, ſuis locis adductis, æquo lectori animaduertere non eſt difficile. Multis deniq; fuiſſe inuiſam, vtpote quæ illos ab electione excluderet, & iuri illorum derogaret, adeò vt opus fuerit, eam paulatim, temporisq; progreſſu in vſum atq; obſeruantiam producere.

Lib. de vita Cunradi Salici, in epiſt. ad Regem Conrad. Imp. filiū.

Decima ratio ex VVippone petita eſt; de quo auctore inprimis notandum quod ipſe de ſe palàm profitetur: mihi ſeruulo tuo is animus eſt, ſi Deus annuerit, vtriuſque (*Cunradi ſcilicet patris & filij Henrici*) acta referre, quæ acciderunt me ſuperſtite, ita inter vos diſtinguendo, vt in alterum Remp. vtpote Romanum Imperium ſalubriter incidiſſe, alterum eandem rationabiliter ſanauiſſe veraciter dicam, Quod ſi hinc plus vel minus, vel aliter quàm ſe integritas rerum habet, ſcribo vel dixero, non erit culpa ſcribentis, ſed narrantis, quoniam cum plurimum tempus infirmaui, non potui in Capella ſenioris mei Chunradi frequenter adeſſe: & *alibi*: Saxoniæ præſules quoniam me latuit, quid de vita eorum nominatus addicere conueniret, memorare vitaui, quanquam & eos ſummis rebus adeſſe, conſulere, ſuccurrere procul dubio perceperim. *Ex quibus verbis manifeſtum fit; VVipponem magna ex parte ea literis mandaſſe, quæ non viderat ipſe præſens, ſed abſens ex aliorum relatione cognouerat. Ad rem autem ipſam quod attinet; ſententiæ noſtræ nihil prorſus derogant ea, quæ VVippo de electione Conradi cōmemorat; quin magis eam confirmant, & planè eò recidunt*

Tit. de conuentu Principum.

quò

quò VVelbertus & Amandus, ſupra à nobis adducti, collineant. Imò manifeſtè Archipræſulum Electorum præeminentia & facultas circa electionem Regis Rom. qualis nimirum ea tunc temporis, priuſquam Gregoriana ſiue Ottoniana ſanctio plenè introducta eſſet, & omnibus ſuis partibus obſeruata, disertis verbis exponitur. Res petit, *inquit VVippo*, vt dicam ſummorum nomina quædam ſeu Pontificum, ſiue ſecularium Principum, qui tunc in regnis vigebant, quorum conſiliis conſueuit Francia reges eligere, *& mox ſubiungit.* Eo tempore Archiepiſcopatum Moguntinenſem rexit Aribo natione Noricus, nobilis & ſapiens, aptus regalibus conſiliis: Colonienſem verò Archiepiſcopatum Pelegrinus tenuit, cõſanguineus Aribonis, prouidus, & ad id officium idoneus: Treuerenſem quoq; Archiepiſcopatũ gubernauit Poppo, frater Erneſti Ducis, vir pius & humilis, *&c. Habemus tres electores Eccleſiaſticos Principes, dignitate cæteros oẽs præeũtes. Inter ſeculares Principes verò primo loco recenſet VVippo*, Bennonẽ Saxoniæ, Hezilonem Baioariꝗ Duces; *ac dein cæteros. Archiepiſcopo præterea Moguntino, in iſto electionis negotio, primæ partes, quas ante ipſum VVilligiſum quoq; Archiepiſcopum in deſignatione Henrici II. obtinuiſſe hiſtoriæ teſtantur, tributæ ſunt à VVippone his verbis.* Archiepiſcopus Moguntinenſis, cuius ſententia ante alios accipienda fuit, &c. *à quo non abit Sigebertus;* CONO, *inquiens*, dux præpotens, cum ad Imperium aſpirare vellet, repudiatur inſtinctu Aribonis Maguntini Archiepiſcopi, & aliquorum regni Primatum: & Cunradus ad Imperium ſublimatus imperauit annis XV. &c. *Populus partes, quæ in electionibus Cæſarum fuerint; Pauli Bernrieden. indicat:* Rapotonem, propter ſanguinis nobilitatem & morum honeſtatem in Regem à populo expetitum. *Expetere nimirum, opta-*

Tit. de elect. regis.

In Chron. Anno M. XXIV.

In Vita Gregorij VII.

P re,

re, poſtulare, & votis atq; deſideriis ſuis declarare ſolebat populus, quem cuperet habere Regem; non eligere. electio namque ad Principes quorum id muneris eſſet, ſpectabat; ſicut ex VVelberto & Amando ſuo loco oſtenſum; cum quibus iſthæc quæ ex Bernrieden. modo adduximus probè conueniunt: nec eſt quod quis dubitet eundem morem in electione Cunradi Salici quoq; obtinuiſſe, à cuius deſignatione vſque ad tempus illud, quo ea acciderunt quæ à Bernrieden. commemorantur, anni interceſſerunt circiter quinquaginta.

VVelbertus & Amandus citate.

Quod autem præter Principes Septemuiros quamplurimi etiam alij conuenire ſolerent, cum de electione Regis tractandum eſſet, licet præter Officiales, cæteri non eligerent, ab antiquo mos iſte obtinuit, teſtantibus id haud obſcuri nominis hiſtoricis: quod recentiores quoque agnoſcunt. Sic enim Nicolaus Ciſnerus diſertè ſcribit: Etſi (enim) in eo conuentu quo Fridericus I. Cæſar factus eſt, aliquot Italiæ proceres fuiſſe Otto Friſingenſis ſcriptum reliquit: tamen non idcirco eos ſuffragium tuliſſe conſequitur: Imò verò non ſuffragandi ſed ſpectandi potius cauſa ad Comitia illa veniſſe optimus eius interpres Ligurinus non obſcurè indicat. Nam poſteaquàm Germaniæ proceres induxiſſet deliberantes, quem Imperio præficere vellent, ſubijcit de Italis hos verſus:

In orat. de Otton. III. Imp. inſtitut.

Nec minus ex Italis multos & gente Latinâ
Traxerat huc rerum miratrix fama nouarum.
Concilium, regemq; nouum facieſq; verendas
Aſpexiſſe Ducum famoſaq; nomina noſſe
Optabant, populiſq; ſuis exacta referre.

Simili modo præter Electores, alios quoq; Principes & Magnates ad electionem Ludouici Boioariæ Ducis Francofurtum conueniſſe, Decretum electionis ſupra exhibitum indicat. Non poteſt verò conſueti huiuſcemodi procerum concurſus, quando Re-

ges

Digitized by Google

ges Cæſareſq; eligendi ſunt, & inaugurandi planior ratio ſeu modus tradi, præterquam exempla nobis exhibent, tàm ſuperioris quam noſtri ſeculi.

Electioni D. Maximiliani I. Caſ. Anno M.CCCC.LXXXVI. in oppido Franchenford præſente Friderico Auguſto peracta, non ſolos Electores interfuiſſe, ſed quàm plurimos etiam alios adfluixiſſe Principes, Comites, Barones, Nobiles, Codicillus recenſet typis excuſus, hic minimè repetendus. *Tom. III. germ. ſcriptor. Marq. Freheri.*

Ad Maximiliani II. D. memoriæ electionem Francofurti ad Mœnum Anno M.D.LXII. peractam ſubſcripti Principes Sacr. Rom. Imperij venerunt.

Ferdinandus Rom. Imp. Hungariæ & Bohemiæ Rex.
Daniel Archiepiſcopus & Elector Moguntinen.
Ioannes Archiepiſcopus & Elector Treuiren.
Fridericus Archiepiſcopus & Elector Colonien.
Fridericus Palatinus, Bauariæ Dux Elector.
Auguſtus Saxoniæ Dux Elector.
Ioachimus Marchio Brandenburgen. Elector.
Albertus vtriuſq; Bauariæ Dux.
Rudolfus & Erneſtus Archiduces Auſtriæ, fratres: Regis Maximiliani filij.

Georgius Comes Palatin. Simeranus
Wolfgangus Palatinus Bipontinus
Ludouicus &
Ioan. Caſimirus Palatini Electoris Friderici filij
} Duces Bauariæ.

Wilhelmus Dux Iuliacenſis, Cliuen. & Bergen.
Erneſtus Dux Brunſuicen. & Grubenhagen.
Iohannes Albertus Dux Megalopolenſis.
Carolus Dux Lotharingiæ.
Franciſcus Dux Lauenburgen.

Wilhelmus Iunior, } Landgrauij Heſſorum, fratres.
Ludouicus

Chriſtophorus Dux Würtenbergicus.
Ludouicus eius filius.
Bernhardus Princeps Anhaldinus.

Præter ſeculares Principes commemoratos comparuerunt quoq; Eccleſiaſtici:

Wolfgangus Teutonici ordinis Magiſter.
Fridericus Epiſcopus Herbipolen. Franconiæ Orientalis Dux.
Marquardus Epiſcopus Spirenſis.
Wolfgangus Abbas Fuldenſis.
Georgius Hohenhemius Ordinis S. Ioannis Magiſter per Germaniam.
Iohannes à Rehe Prouinciæ Marpurgen. Præfectus.
Chriſtophorus Sigiſmundus Romanus, S. Iohan. Ordinis Præfectus Meilbergen.
Franciſcus Præfectus Griffſtaten.

Præſto inſuper fuerunt pro ſeipſis ſuaq; ſponte alij complures Principes, Heroës, Epiſcopi, legati quoque, nimirum:

Zacharias Delphinus Patricius Venetus Epiſcopus Phari, Pij IV. Pont. Max. legatus.
Bernhardus Bouchetel, Epiſcopus Rouenſis in Britaigne, Regis Franciæ legatus & Orator.
Philippus Dux Areſcotus, Philippi Hiſpaniæ Regis legatus, & vnà cum illo Wilhelmus Marchio à Rerdin, fratres.

Auge-

Augerius à Busbeck, Cæſaris Ferdinandi legatus ad Solimannum Turcarum Cæſ. qui ex Turciâ (à portâ Ottomannicâ) tum redierat.
Ebrahim Stroſchius, natione Polonus, Solimani legatus
Martinus Cromerus Sigiſmundi Auguſti Polonorum Regis Legatus.
Nicolaus Dux à Vaudemont.
Wilhelmus Princeps Vranienſis, vnâ cum Equitibus aliquot aurei Velleris.
Franciſcus Vorchach Epiſcopus Wardeinenſis, Cæſ. Maieſt. in Hungariâ Vicecancellarius.
Carolus Dux à Munſterberg.
Lamoral ab Egmund Princeps Gauerenſis.

Legati præterea.

Ducum iuniorum Saxoniæ.
Henrici Ducis Brunſuicen.
Pomeraniæ Ducis.
Ottonis Ducis Lunæburgen.
Marchionum Badenſium.
Ducis Florentini.
Ducis Ferrarienſis.
Reip. Venetæ.
Ducis Mantuani.
Gubernatricis per Brabantiam.
Principis Condæi.

Moderni Imperatoris Matthiæ I. Auguſti (cui vita & victoria ad Neſtoris annos) electioni præſentes fuerunt:

Ioan. Suickard. Moguntinen.
Lotharius Treueren.
Ferdinandus Colonien.
} Archiepiſc. & Elector.

Ioannes Comes Palatinus Rheni Bipontinus, Electoralis Palatin. Tutor & Adminiſtrator.

Ioannes Georgius Saxoniæ, Iuliæ, Cliuiæ & Montium Dux, & Elector.

Fridericus V. Elector minorennis
Georgius Guſtauus } Comit. Pal. Rheni Duces Bauariæ.

Fridericus Caſimirus
Ioannes Caſimirus } Comit. Palat. Rheni Duces Bauariæ.

Iohannes Caſimirus
Iohannes Erneſtus } Duces Saxoniæ.

Ioachimus Erneſtus
Georgius Wilhelmus } Marchiones Brandenburgen. &c.

Fridericus Vlricus Dux Brunſuicen. & Luneburgen.

Ioannes Fridericus
Ludouicus Fridericus
Iulius Fridericus } Duces Wurtenbergen. & Teccenſes.

Mauricius,
Ludouicus,
Philippus,
Fridericus,
Otto, } Landgrauij Haſſiæ Comites in Cazenelnbogen, Dietz Zigenheim & Nidda, &c.

Georgius Fridericus Marchio Baden. & Hachbergen.

Chriſtianus
Ioachimus Erneſtus } Principes Anhaldini, &c.

Auguſtus Dux Luneburgen.

Albertus Dux Holſatiæ & Sleſuicen. &c.

Omnibus autem hactenus commemoratis Principibus, & Legatis, ſi quis in deſignando Matthia Auguſto, cum Sacri Romani Imperij Septemuiris aliquid iuris atq; commercij adſcribere aut arrogare vellet, merito ab vniuerſis riſu exciperetur.

Quod

Quod Vndecimo ac duodecimo loco, de ſublimatione Hen- XI.
rici III. Cunradi filij ad regnum adſertur, non refragatur XII.
ſententiæ noſtræ, & intepretationem accipit ex his, quæ ſupra
in reſponſione ad rationem X, ex VVippone petitam dicta ſunt.
Nec valet conſequentia; Cunradus filium ſuum Henricum
Principibus regni, & totâ multitudine populi id probantibus
in apicem regni euchi: Eodemque planè modo Impera-
tor Henricus filium æquiuocum (*vt Hermannus Contra-*
ctus loquitur) à cunctis eligi, eique poſt obitum ſuum ſi
rector iuſtus futurus eſſet, ſubiectionem promitti fecit;
Ergò non fuerunt ab Electoribus deſignati ſecundum Gregoria-
nam ſeu Othonianam formulam, vterq; Henricus III. & IV.
Aut quod perinde eſt: Maximilianus I. Maximilianus II. Ru-
dolphus II. æternâ memoriâ digniſsimi Auguſti à Diuis Impera-
toribus progenitoribus ſuis Friderico III. Ferdinando, & Ma-
ximiliano Cæſares Romani fuêre deſignati, hisq; omnes princi-
pes, populusq; vniuerſus debitam ſubiectionem exhibuerunt:
cum nihilominus conſtet hoſce omnes Cæſares à Septemuiris
Imperij liberè & citra vllum impedimentum electos fuiſſe.

Neque ſilentio hic prætereundum videtur, Hermannum
Contractum, aliosq; veteres hiſtoricos in adnotandis rebus ge-
ſtis, multas omiſiſſe circumſtantias, quas nonnulli illorum, ceu
paſsim cognitas relatu haud neceſſarias cenſebant: alij verò
& in his potiſsimum exteri quod non intereſſent rebus geren-
dis, ſed audita tantum vel lecta, & non ſatis intellecta in com-
mentarios conferebant; vnde multa vel perperam tradita, vel
non integra: cuius rei documenta ſunt, vt ex pluribus vnum
duntaxat & alterum recenſeam, Matthæus Paris, Rogerus de
Houeden vterq; Anglus, de quibus ſupra mentio facta, &
alij. De Henrico IV. quomodo is ad regnum peruenerit, ſcribit *In Vita Gregorij VII.*
proba nota author Synchronus Paulus Bernriedenſis, Tertio *Anno M.LVII.*
Henrico mortuo, quartus ille Henricus, permittente *al. M.LVI.*

Roma-

Romano Pontifice Victore, qui tunc morienti præſens erat, hæreditario iure nimium puer ſucceſſit, &c. *Indulſit nimirum Pontifex, vt ſecus quàm Gregorius V. & Otho III. ſanxerant, & hactenus in electione Henrici II. Cunradi Salici, & Henrici III. vſu fuerat receptum intermiſſâ electione, Electorumq́; officio in præſens ſuſpenſo, quartus hic Henricus patri in Imperio ſuccederet; quo autem id Imperij bono factum; non eſt huius loci ex hiſtoricis repetere. Et vt deinceps non ſucceſſione Rex in Imperio, ſed electione promoueretur, circa electionem Rudolphi Alemanni contra hunc Henricum IV. proſpectum fuit; quod claris verbis indicat Bernrieden.* qui [*Rudolphus*] vtique regnum non vt proprium, ſed pro diſpoſitione ſibi creditum reputans, omne hæreditarium ius in eo repudiauit, & vel filio ſuo ſe hoc adoptaturum fore, penitus abnegauit: iuſtiſſimè in arbitrio Principum eſſe decernens, vt poſt mortem eius liberè, non magis filium eius quàm alium eligerent, niſi quem id culminis ætate & morum grauitate dignum inueniſſent.

XIII. *Ad XIII. Tantas in toto Imperio turbas dederat Hẽricus IV. vt cõmuni malo, cõmuni omniũ Principũ Germaniæ conſilio & auxilio obuiandũ eſſet: nõ enim ſoli Septẽuiri tantæ molis negotio pares eſſe poterant: præſertim cum Henricus auxiliatorib. potẽtibus minimè deſtitueretur. Interpoſuit igitur ſuas partes vigilantiſſimus Pontifex Gregorius VII. & nihil quicquam, quod paſtoralis ſui officij ratio exigeret, intermiſit: & Henricum quidem ipſum quà paternè hortando, quà acrius increpando, & vbi nihil ſe proficere ſed Imp. ad fraudes conuerti & iniquitatem eius ad ſummum prodijſſe vidit, fulmine Apoſtolico illum feriendo ad meliorẽ frugem reducere omnimodis nixus eſt. Inter hæc Epiſcopos, Principes, & fideles omnes regni Teutonici, quid faciendum illis eſſet, literis & per legatos ſeriò ac fre-*

Genebrard. lib. 10. Chron. Serar. rer. Mogunt. lib. 5. f. 750.

frequenter admonuit: ipſe itineri Germanico ſe accinxit. Electores inter hæc Principes, adhibitis in tantâ Reip. neceſſitate cęteris proceribus, latius ſubinde ſerpenti malo remedia quærunt, conuentum primò apud Vlmam facientes, deliberant ne ſe deinceps ab Henrico ludificari, vel potius priſtinâ eius calliditate periclitari permitterent; ſed ſuæ ſaluti, in legitimi Principis electione prouiderent. In eodem cōuentu generalius colloquium ad Forcheim ad noui regis electionem condicunt: ad quem conuentum ipſemet Pontifex Gregorius venire diſpoſuit, ſed Henrici artibus impeditus fuit, Principes verò regni (*Electores nempè, qui iſthoc nomine tunc quoque inſigniri ſolebant.*) de aduentu Papæ incerti, ſed de maximâ diſſenſione euenturâ, & periculo ſi differrent, certiſſimi, apud Moguntinum Archiepiſcopum conueniunt, & quid eis agendum eſſet ſingulari diligentiâ inuicem tractant: Rudolphum Ducem Sueuorum regiâ dignitate ſublimant; eundemq; legitimè electum Archiepiſcopi Moguntinus & Magdenburgenſis cum eorum ſuffraganeis legatis Sedis Apoſtolicæ præſentibus, & regni Principibus regali inunctione conſecrarunt.

Paul. Bernried. Vbi ſupr.

ANNO M. LXXII.

Porrhò nihil obſtat, quod Rudolphus electus dicatur ab omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Comitibus, maioribus atq; minoribus: Reſpondetur enim hos omnes ſuffragando & conſentiendo Septemuiris ſeu Electoribus, (qui ad electionem Rudolphi Ducis peragendum apud Moguntinum Archiepiſcopum; tamquam in loco ſecretiori & ab aliis ſegregato conuenerant) acceſſiſſe, & illud quod hi Electores, vigore iuris ſui, & conſuetudinis geſſerant, laudaſſe, & vt VVelbertus loquitur, pro Rege habuiſſe: non antè quod vocē in electione, quemadmodum ipſi Officiales regni, ſiue Electores, obtinuerint. id quod in

aliorum quoq; Cæſarum electione, Conradi nimirum Salici, Lotharij, Friderici I. factum fuiſſe ex ſupradictis conſtat.

XIV. *Quid conſueuerit temporibus Radevvici fieri circa electionē, & quod nō omnes paſſim ſed aliqui tantum numero definito Principes, Electores videlicet, ſeu Officiales regni eligere ſoliti fuerint, ſupra demonſtratum eſt ex Amando, & ex ipſiuſmet Friderici I. confeſſione, à quâ non abit ipſe Radeuicus.*

XV. *Confluxiſſe ad electionem Cæſarum tamquam ad actum ſolemniſſimum varios exterarum Prouinciarum Proceres, quamuis non ſemper, & pro cuiuſque commoditate ac beneplacito, prout in eiuſmodi ſolemnitatibus fieri ſolet, hiſtoriæ teſtantur, & ſupra ex Guntheri Ligurino eius rei exemplum audiuimus. Vocatos autem illos fuiſſe, tamquam qui electioni neceſſariò intereſſe deberent, & vocem in eligendo haberent, hoc verò negamus, & rectè quidem. Neque vlla cauſa apparet, ob quam neceſſe haberent Germani Principes Electores (qui, teſte Baldo,* poteſtatem eligendi Cæſarem à Sede Apoſtolicâ acceperunt: *& cum* nullus eligi poſſit, niſi Germanus; *vt idem aſſerit Baldus ſibiipſis) præiudicare, vocando & adhibendo alios exteros Principes. Vix vnus & alter reperitur inter hiſtoricos qui ſcribit, Pannoniæ Principes Electores fuiſſe conſtitutos: ſed digni venià ſunt, quia ex relatione aliorum & tanquam exteri, de re minius ſibi cognitâ ſcripſerunt, vbi procliuis eſt lapſus. poteſt quoque nō eſſe illorum culpa, ſed librariorum, qui pro Bohemia, Pannonia, ſicq; aliud verbum pro alio inſcitè vel negligenter, vt fit, ſuppoſuerunt. Debebat inſuper, & ſi voluiſſet, poterat Chronologus Spiren. ſemetipſum ſui erroris admonere; dum ex VVippone, in quo vno omne opinionis ſuæ præſidium collocat, probare contendit,* Italos Principes conſueuiſſe, tamquā incorporata per Carolum Magnum Germanico regno membra, in electione capitis ſui comparere, illos autem ipſos tandem poſt electionem

In c. Venerabilem ext. de elect.

Con-

Conradi Salici in vrbe Conſtantiâ ad electum veniſſe. *Si namq; Italici Principes, tanquam membra Imperij, & vt Electores debebant intereſſe electionis actui: vtiq; abſentibus illis, & non vocatis, cæteri non debebant procedere ad electionem; quia hoc ipſo facto, & propter contemtum manifeſtum, actus ille vitioſus foret atq; nullus. Sin verò ius illis nullum cōpetiit, ſed ſolis Principibus Germanis, idq; ſecundum iura & conſuetudinem illorum, falſum igitur eſt, & fruſtraneum omne id, quod in contrarium de Italicis, aliiſq; externis Principibus adſertur. Contra autem vera eſt noſtra aſſertio, cæpiſſe nimirū poſt obitum Ottonis III. & in electione Henrici II. ius illud & conſuetudinem Germanorum Principum Electorum, & in creando Conrado Salico, cæteriſq; deinceps Cæſaribus fuiſſe continuatum; aut aduerſariis incumbet probare contrarium; & aliud oſtendere tempus atq; originem Electorum Principum, ac iuris eligendi.*

Minimè verò ſuperuacaneam fuiſſe, nulliusq; momenti ſanctionem illam ſiue Gregorij V. ſeu Othonis III. ſed valdè laudabilem, vtilem & neceſſariam Germanicæ nationi, atq; adeò vniuerſo Imperio, præter experientiam, non tantum vnus & alter, ſed plurimi etiam grauiſſimi fideq; digniſſimi auctores teſtantur vt rectè dici poſſit contradictori: tunc ſolum te ſapere, cæteros omnes delirare putas? XVI.

XVII. Argumenti ex Dithmaro petiti inanitatem ipſe Dithmarus redarguit, qui de conuentu iſto Veronenſi ſcribens, cauſam huius & quid in eo ſit actum his verbis oſtendit: Omnes noſtri, *ait,* Principes, cōpertâ tam miſerabili famâ (*clade ſcil. Saracenicâ, & Othonis II. fugâ*) conueniunt dolentes, & vt eum ſibi liceret videre, per epiſtolæ portitorem vnanimi ſupplicatione poſcebant. Quorum legationem Cæſar vt audiuit, deſideranti animo conſenſit. Indicitur in Bernâ ciuitate conuentus, & omnis huc conuoca- XVII. *Lib. 3. circa finem f. 33.*

 uoca-

uocatur Principatus, neceſſaria vt hic tractarentur multa. *& paulò poſt.* Año Dominicæ incarnationis DCCCC. LXXXIII, Imperator Veronæ placitum habuit, & Henricus minor exilio ſolutus, Dux Bauariorum; & in hoc anno Slaui vnanimiter reſtiterunt Cæſari & Thiederico Marchioni: & filius Imperatoris ab omnibus in dominum eligitur, *(iure nimirum ſucceſſionis recipitur, & eidem fidelitas promittitur, quod ius ipſi ceu legitimo progenitoris ſui hæredi competebat: id quod Dithmarus paucis interiectis indicat his verbis:* VII. Id. Decembr. ex hac luce (*Otho II.*) ſubtractus eſt, *&c.* Huius inclyta proles nata ſibi in ſylua quę Ketil vocatur, in die proximi natalis Domini, ab Iohanne Archiepiſcopo Rauennate, & à Willigiſo Magonciacenſe in regem conſecratur, Aquiſgrani, *&c. Neq; inuſitatum eſt Ditmaro in tali ſignificatione vti verbo, eligere, electio, vt idem ſit, quod ſucceſſionis ius, tanquam hæres legitimus proximus conſequi: quod exemplo declarandum eſt: Regis, Ducis, Principis alicuius filio debetur ſucceſſio tanquam hæredi in regno, Ducatu, Principatu: Pater adhuc viuens, certis & legitimis cauſis permotus, connocatis ſubditis ſuis, cuiuſcunq; ordinis, iſtum filium vel collegam deſignat ſuum, vt in ſupportandis regni oneribus ipſum ex parte releuet; vel ſucceſſorem declarat; ſubditi verò huic paternæ declarationi obedientes, & filio collegæ, aut ſucceſſori patris ſui debitam ſubiectionem & alia, quæ de iure requiruntur, ac de conſuetudine præſtari ſolent exhibentes, eligere (impropriè loquēdo) illum dicuntur. in tali ſignificatione, Ditmarus hac voce alibi quoq; vtitur, cum ſcribit,* ſuper omnem Turingiam (*Eckhardus Marchio*) communi totius populi electione ducatum promeruit. *quis verò ignorat, non populi electione, ſed Imperatorum conceſſione in feudum Ducatus, & Principatus acquiri? Longè aliter res ſeſe habet, circa ſanctionem*

fol. 34. Lib. 5. f. 33. 53.

Gre-

Gregorij V. & Othonis III. & circa ortum Electorum Imperij. Cum enim Otho careret hæredibus maſculis, & regnum plures ambirent, vnde multa mala, diſſenſiones, diſtractiones atq; damna orta aliquando fuerant, & ne deinceps orirentur, timendum erat: remedium iſtud electionis, & Electorum ordinationem excogitarunt, vt de cætero, quoties regnum ſiue Imperium vacaret, certi Principes Germani huic officio deſtinati, ex Germanis eum eligerent, qui ad regendum Imperium dignus eſſet. Et hæc propriè loquendo eſt electio: illa verò quam Spirenſe Chronicon toties inculcat, nil niſi mera cauillatio.

XVIII. *Germanos Principes Electores, alios externos ad electionem admiſiſſe, illosq; electioni ſeſe immiſcuiſſe poſt Othonem III. defunctum, & Henricum II. ab Electoribus deſignatum; ideoq; ſanctionem iſtam Gregorianam ſiue Othonianam euerſam, annullatamq; fuiſſe, friuolum eſt, & nullius momenti commentum. Contrarium vnanimiter docent, omnes probati hiſtorici, Iureconſulti, & alij. Et Gregorius quidem VII. (vt pro multis, vnicum tantum adferam exemplum) Germanis Principibus electionem Rudolfi in Henrici IV. locum ſubrogati, adſcribit;* Vt autem, *inquiens,* Rudolphus regnum Teutonicorum regat, & defendat, quem Teutonici elegerunt ſibi in regem ad veſtram fidelitatem, ex veſtra *(Petri & Pauli)* parte dono, *&c. Quin ipſe Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius, non Germanus ſed Italus, agnoſcit, ac diſertè fatetur* ſolos Germanos & *(errore probabili perſuaſus)* quidem omnes. *Verba illius audiantur.* Sanè quidem inficias ire nemo poterit, poſt tertij Othonis Imperatoris obitum, ducentis & amplius annis, quotquot electi fuerunt Romanorum Reges, Imperatores deſignati; eoſdem non ſeptem duntaxat Electorum, ſed omnium Principum Germanorum, qui ad Comitia conueniſſent, ſuffragiis fuiſſe ad regium culmen electos.

Bernrieden in Vita Gregorij VII. f. 136.

Lotharij Saxonis electio incidit in annum Domini M. C. XXV. Fridericus I. electus fuit Anno M. C. LII. & ſic huius electio facta eſt annis CL. poſt S. Henrici; illius verò annis CXXIV. Quod ſi monumenta VVelberti & Amandi ad manus Illuſtriſſimi Baronij perueniſſent, lapſum hunc, homini non Germano, & Germanicarum rerum minus gnaro condonandum, non exprobrandum, pro ſuo candore emendaſſet.

XIX. *Non potuiſſe Othonem Cæſ. III. nec auſum fuiſſe eiuſmodi legē ſtatuere, nemo dixerit, niſi vel qui ignoret Cæſaris poteſtatem, vel contemnat: quorum alterum imperitia eſt magna quidem; alterum autem ſumma malitia. Longè melius Reuerendiſſ. ille Epiſcopus Numbergenſis:* Quod ad Imperatoriam dignitatem ſingulatim adtinet, quantò meliores vberioresque fructus capiendi erant ex eâ ipsâ, tantò dilgentius cauerunt maiores noſtri, ne ad eam minus idonei obreperent. Quare etſi veriſimile erat, è bonis parentibus bonos naſci liberos, tamen quià res ipſa declarabat, rem ſæpè aliter euenire, Otho tertius de patriâ noſtrâ optimè meritus fuit, cum inſtitueret, vt Imperatores non naſcerentur, ſed eligerentur: & dignitas hæc virtute potius quàm fortunâ acquireretur.

XX. *De Henrico V. quod adfertur, nihil ad quæſtionem præſentē facit. Henricus ab Electoribus, (quos ſummus monuerat Pontifex, vt in locū Henrici ſenioris, malè Imperium adminiſtrantis alium eligerent Imperatorem idoneum) electus, indigebat adſiſtentiâ, & auxilio aliorum; & à Principibus, à quibus petierat, impetrauit.*

Non prætereunda ſunt ſilentio hoc loco, quæ primò poſt Henrici V. obitum, deinde circa electionem Ottonis IV. adferuntur Diplomata ab his, qui ſeptemuiratum oppugnant: & ſeptemuiris ſublatis omnes Germaniæ Principes, proceresq; electores ſubſtituunt. Et de obitu quidem Imperatoris Henrici V. Aug.

Goldaſt. Tom. I. Cōſtit. f. 259.

&

& noua electione facienda, iſtiuſmodi in medium proferunt, *Anno Chriſti M.C.XXVI.*

Adalbertus Moguntinus
Fridericus Colonienſis
Oudalricus Conſtantienſis
Buggo Wormatienſis
Arnolphus Spirenſis
} per Dei miſericordiam Archiepiſcopi.

Oudalricus Fuldenſis Abbas.
Henricus quoque Dux [Bauariæ.
Fridericus Dux [Sueuiæ.
Godefridus Palatinus Comes.
Beringerus Comes de Sultzbach.

& cæteri vtriuſq; profeſſionis Principes, qui exequiis Imperatoris intererant, Venerabili fratri Ottoni Epiſcopo [Babenbergenſi] hinc fraternas in Chriſto orationes, inde fideliſſimum deuotæ ſeruitutis obſequium.

1. Poſtquam Dominus Imperator viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt, & nos exequias eius cum iuſta deuotione & reuerentia compleuimus, ipſe ordo rei & temporis qualitas, exigere videbatur, vt de ſtatu & pace Regni aliquid conferremus, vt non abeſſet præſentiæ veſtræ conſilium, & aliorum Principum, tanto negotio vtile & perneceſſarium quam exſpectare, quia graue erat & difficile, ſedit omnium noſtrum ſententiæ, ſi veſtræ tantùm non diſplicet concordiæ, Curiam in feſto B. Bartholomæi apud Moguntiam celebrare, & ibidem conuenientibus Principibus, de ſtatu & ſucceſſore Regni, ac negociis neceſſariis, prout Spiritus ſanctus aſpirauerit, ordinare. Nullum tamen præiudicium deliberationi & voluntati veſtræ facientes, nihil nobis ſingulare ac priuatim in hac re vſurpamus; quin potius diſcretioni veſtræ hoc apprimè intimatum eſſe cupi-

cupimus, quatenus oppreſſionis, quâ Eccleſia cum vniuerſo Regno vſq; modò laborauit, diſpoſitionis diuinæ prouidentiam innoceris, vt in ſubſtitutione alterius perſonæ, ſic Eccleſiæ ſuæ & Regno prouideat, quod tanto ſeruitutis iugo amodò careat, & ſuis legibus vti liceat, noſq; omnes cum ſubiectâ plebe, temporali perfruamur tranquillitate.

2. Conteſtamur etiam dilectionem veſtram, vt pacem credito nobis cælitus populo, infra præſcriptum Curiæ terminum, & vltra ad quatuor hebdomades ordinetis, quatenus omnibus tutior fiat concurſus ac reditus, & vt Curialiter, more videlicet antiquorum Principum, cum propriâ impenſa, neminem pauperum lætentes, conueniatis.

In margine: Hinc diſcimus, ius eligendi Imperatorē ceu penes vniuerſos Imperij Principes extitiſſe, non vero penes ſolos Septemuiros Electores, vt hodie.

b Id eſt, tam Eccleſiaſtici quam ſeculares.

Idem Goldaſt. fol. 287. Anno Chriſti M. C C.

Principum Imperij Diploma de electione Ottonis IV. Imperatoris Auguſti.

Sanctiſſimo Patri ac Domino Innocentio, ſacroſanctæ Romanæ Sedis ſummo Pontifici, Principes & BARONES Alemanniæ, Clerici & Laici, debitam in Chriſto reuerentiam, & ſinceritatem obſequij.

1. Cum placuiſſet ei, qui aufert ſpiritum Principum, & magnus & terribilis eſt ſuper Reges terræ, Dominum Henricum Imperatorem de medio auferre, neceſſarium nobis fuit viſum; de ſubſtituendo Rege tractatum & colloquium habere. Conuenimus ergò ſæpius, & miſerias & oppreſſiones, quas hactenus ſuſtinue-

nueramus,recenſentes, per vniuerſos regni animos noſtros ereximus, & quid honori Eccleſiæ Dei, & paci ac quieti ſubiectorum expediret, deliberantes, nunc vnum nunc alium quaſi finaliter eligere putabamus. Verùm quia non eſt prudentia, non eſt potentia, non eſt conſilium, niſi per Deum, placuit ei, qui Abrahæ filium immolare volenti victimam prouidit, & Dauid fratribus iuniorem de poſtfætantes accepit, atque Mathiam ex diſcipulorum numero ad ſortem Apoſtolatus elegit, Sereniſſimum Dominum noſtrum OTTONEM, quondam Henrici Ducis Saxoniæ filium, ad regimen Romani Imperij de terrâ peregrinationis ſuæ exinopinato offerre nobis. Inuocatâ itaq; ſancti Spiritus gratiâ, prædictum Dominum Ottonem, Chriſtianæ fidei cultorem deuotiſſimum, atq; ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Aduocatum & defenſorem fideliſſimum, & iudiciariæ poteſtatis obſeruatorem iuſtiſſimum, de longâ & antiquâ Regum proſapia ex vtraq; linea ſpecialiter editum, ad Romani regni faſtigium iuſtè & rationabiliter elegimus; & ſicut debuimus, ipſius electioni cōſenſimus; ipſumq; in Auguſtorum ſede à Carolo Magno apud Aquiſgranum huic dignitati deputata locauimus, & corona, & regni diademate per manum Domini Adolphi Colonienſis Archiepiſcopi ea quâ decuit ſolemnitate feliciter coronauimus.

2. Nos autem Principes, qui iam dictum Dominū in Regem elegimus, feuda noſtra, quæ ab Imperio tenemus, à manu ipſius recipientes, hominium ſibi fecimus, & fidelitatem iurauimus. Tantæ igitur dignitatis munus excellentiſſimus Princeps diuinæ potius gratiæ, quàm ſuis meritis adſcribens, primitias huius honoris afferens Domino, propria voluntate iuramento

firmauit, inprimis Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, deinde omnia Eccleſiarum iura bonâ fide ſeruare & manu tenere, & ſubiectos Imperij, exheredatos maximè & à ſuis poſſeſſionibus violenter eiectos, in ſuâ iuſtitiâ pro poſſe iuuare & conſeruare. Prauam illam conſuetudinem inſuper, quam Imperatores anteceſſores ſui in occupandis rebus mobilibus vel ſe mouentibus decedentium Epiſcoporũ vel Abbatum Principum huc-uſque ſeruauerunt, penitus extirpans, nos Eccleſiaſticos Principes ex hac indebita vexatione Regali beneuolentiâ liberos dimiſit, & decedentium bona ſuis ſucceſſoribus ſeruanda liberaliter ſtatuit.

3. Paternitati ergò veſtrę dignum ſupplicare duximus, quatenus fidem & deuotionem Domini noſtri Regis attendentes; merita quoq; Illuſtriſſimi patris ſui Henrici Ducis Saxoniæ, qui ab obſequio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ nunquã receſſit memoriter tenentes, paci & quieti noſtræ & veſtræ, intuitu Dei & noſtri obſequij prouidentes, ipſius electionem & conſecrationem auctoritate veſtrâ confirmare, & Imperiali coronatione armare, paternâ pietate dignemini. Sanctitatem inſuper veſtram obnixè rogamus, quatenus Principes & Barones, à tàm rationabili electione diſcordes, Eccleſiaſticâ cenſurâ ad concordiam reuocetis, & ab illicitâ fidelitate partis aduerſæ, clauo ſancti Petri reſolutos, ad præſtandam Regi Domino noſtro fidelitatem & ſubiectionem, auctoritate veſtrâ compellatis. Vt autem à Domino Rege noſtro iura Romanæ Eccleſiæ (vt prædictum eſt) integra & illibata ſeruentur, nos in bona fide ſpondemus, & pro Domino Rege noſtro fideiubemus.

Ego Adolphus Colonien. Archiepiſcopus elegi & ſubſcripſi.

Ego Berardus Paderbornen. Epiſcopus elegi & ſubcripſi.

Ego Thietmarus Mindenſis Epiſcopus elegi & ſubſcripſi.

✠ Ego Wittichindus Corbeienſis Abbas elegi & ſubſcripſi.

Ego Gerardus Tudenſis Abbas elegi & ſubſcripſi.

Ego Eribertus Werdenſis elegi & ſubſcripſi.

Ego Henricus Dux Lotharingiæ, qui & Brabantiæ Marchio Romani Imperij, elegi & ſubſcripſi.

Ego Henricus Comes de Kuke conſenſi & ſubſcripſi.

Præmiſſa duo diplomata coniungere è re viſum fuit, cum vtrumq́; ad electionem Rom. Regis eundemq́; finem ſpectet; nempe, ius eligendi Imperatorem iſtis temporibus, penes vniuerſos Imperij Principes extitiſſe, non vero penes ſolos Septemuiros Electores, vt hodie: ſed falsò. Præterquam enim, quod vtraq́; Principum literæ nihil tale inſinuant, intelligenda ſunt ea, eo modo, qui per iſta tempora circa electionem Reg. Rom. obſeruari ſolebat; quem modum ex VVelberto ac Amando teſtibus nullo iure contemnendis ſuprà intelleximus, & cùm memoriæ, tùm melioris intellectûs cauſa hîc repetere non erit inutile: Et VVelbertus quidem, cum defuncto Henrico V. alius ſubrogandus eſſet Cæſar [1] Multos, *tradit*, Principes ex toto regno congregatos fuiſſe in Moguntinenſi vrbe, vbi de electione noui regis magnus erat tractatus. [2] Initio in magnâ Curiâ collecti erant omnes, qui ibi fuerunt ſeculares & ſpirituales Principes, [3] quorum pleriq; nudè & ſimpliciter nominabant, quem optabant per alios eligi, [4] & tamen ipſi non eligebant, quia non habebant vo-

(right margin: 1. 2. 3. 4.)

ces ſuffragiorum realium. Cum igitur nominauerant Lutherarium dixerunt, huic prompti ſumus obedire, ſi
5. [5] vos eum inthronizabitis in regnum, veſtris annuentibus votis ac beneplacito, nulla diſcordia erit.
6. [6] Pauci autem ſpirituales & temporales Primates examinantes perſonam Lutherarij, & bellicoſa facta, & merita erga Chriſti ſeruos & vniuerſam Eccleſiam, eum votiuè elegerunt, cum eum magnoperè commen-
7. daſſet [7] Albertus Epiſcopus Moguntiæ, qui magnates
8. Sueuorum capitali odio perſequebatur. Alij [8] Principes qui nulla dabant ſuffragia, libenter eum amplexati ſunt ſuo fauore, & habuerunt pro Rege.

Amandvs *non minus disertè adſtipulatur*; multi *(inquiens)* illuſtres heroës ex Lombardia, Tuſcia, Ianuenſi & aliis Italiæ dominiis, at maior & potior pars Principum in Tranſalpino regno conuenerunt in vrbe Francofurtenſi. Plurimo numero Principes conuenientes, dixerunt per ſuos internuncios, ad Principes officiatos regni, reſidentes in arcano loco Curiæ regalis: Nos & tota patria teſtatur, nullum aptiorem eſſe regno regendo, quam Fridericum, &c. Quem per vos Deus in regnum ſublimare dignetur, cui parata erunt noſtra obſequia vſq; ad mortem. In hunc ſi veſtris vocibus ô Officiati conſentitis, firmum robur habebit ſui Imperij. Cum ex ſecreto conclaui prodirent Officiati, indicantes ipſos vnanimiter Fridericum in Regem ſeruatis de iure ſeruandis elegiſſe, cunctus omnium ordinum applauſus eſt conſecutus, dicentes hæc electio tuta ac firma conſiſtet: nam omnium noſtrûm munietur præſidiis, &c.

Non abeunt ab his Otto Friſingen. præſul, Guntherus in Ligurino, ipſimet Electores in Decreto electionis Ludouici Boiari,

ri, aliȷque, de quibus ſuo loco dictum. Sed nec cum Lotharij, neque cum Friderici electione morem iſtum capiſſe, ſed antegreſſis etiam temporibus receptum fuiſſe, conſtat ex his, quæ Bernriedenſis, de Ratpotone, & Rudolpho literis conſignauit. Præterea Principes in literis ſuis ad Innocentium III. Pont. Max. de electione Ottonis IV. expreſſam diſtinctionem faciunt inter Electores alioſq; Principes non eligentes; adeo vt ſe valde ineptum oſtendat, quicunq; ex eiſdem literis adſtruere conetur, Ottonem ab omnibus Principibus promiſcuè electum fuiſſe. Verba Principum hæc ſunt; prædictum Dominum Ottonem, &c. ad Romani regni faſtigium iuſtè & rationabiliter elegimus; & ſicut debuimus ipſius electioni cõſenſimus. *Aliud eſt autem actum aliquem perficere & rurſum aliud actui perfecto conſentire. Denique ipſe Pontifex Innocentius III.* qui, *Schardio ſuffragante*, non vulgarem rerum Imperij cognitionem habuit, cum eo tempore vixerit, quo ipſe Reipublicæ præſidens non potuit formæ eius in Germania ignarus eſſe; *clarè diſtinguit inter Principes, qui literas ſuas per nuncios ad ipſum Pontificem deſtinarant, & inter Electores; & non omnes promiſcuè Principes; ſed certos tantum agnoſcit, hiſq; duntaxat Principibus ius & poteſtatem eligendi Regem, in Imperatorem poſtmodum promouendum recognoſcit; ad quos de iure & antiqua conſuetudine noſcitur pertinere. Præſertim cum ad eos poteſtas huiuſmodi ab Apoſtolica Sede peruenerit, quæ Romanum Imperium in perſona magnifici Caroli à Græcis tranſtulit in Germanos.*

Lotharij Cæſaris electionem VVelbertus teſtis oculatus exactè deſcriptam omni poſteritati tranſmiſit; cui maior fides habenda, quam homini qui poſt tot ſæcula natus, quiquid libet ex proprio cerebro fingit, & pro oraculo vendit. XXI.

Interuentio præter Electores Cæſarem ex officio ſuo deſignantes, aliorum etiam Principum in electione, quomodo accipienda ſit, ſatis iam ſuperque fuit declaratum. XXII.

XXIII. *Friderici I. electio à quibus & quomodo facta fuerit, Amandvs optimè omnium explicat, cui meritò acquieſcendum: neq. huic Otho Friſingenſis, Radevvicus & alij, qui non omnes circumſtantias tàm exactè retulerunt, aduerſantur: ſatis enim his fuit, rem geſtam breuiter inſinuare, & cætera omittere, quæ tunc omnibus eſſent nota.*

XXIV. *Quod viceſimo quarto loco adfertur ad probandum, Electores Friderici I. Imp. temporibus nondum fuiſſe, contrarium omninò euincit: Officiales nimirum ſeculares Regni, ſiue Imperij qui omnium conſenſu ipſimet ſunt Electores, tunc temporis, & longè ante extitiſſe: hosque in eâ ipſa Curiâ, ſeu Comitijs Imperialibus Cæſari ſolemni ritu miniſtrando munere ſuo defunctos eſſe. Conceſſo etiam quod in hoc argumento ex merâ præſumtione præſupponitur, Friderici Imp. filium Henricum in hâc Curiâ in regem confirmatum fuiſſe, nullatenus tamen hinc ſequitur, ipſum non ab Electoribus ſed ab omnibus promiſcuè Principibus ibidem congregatis electum fuiße. Quin rationi rectæ magis conſentaneum eſt, obſeruatum fuiſſe ac retentum eum ipſum eligendi modum, qui in electione Friderici I. Lotharij & aliorum Imperatorum obſeruatus fuerat, ac de iſto iure ſuo & conſuetudine Electores non deuiaſſe. Non autem reperiri apud vllum ſcriptorem, quod circa hæc tempora quatuor iſti Officiales, vnà cum Eccleſiaſticis Officialibus regem elegerint, ignorantiæ propriæ eſt confeſſio: contrarium ex ſupradictis conſtat. Et quamuis nil tale reperiretur ab hiſtoricis adnotatum, quibus propoſitum non fuit, omnes circumſtantias exprimere, & inprimis iſtas, quæ omnibus nota eſſent, non tamen inde conſequeretur, Officiales regni Cæſarem non elegiſſe.*

XXV. *Magnum Chronicon Belgicum expreſſè cõmemorat, Henricum VI. tollere voluiſſe electionem & Electores Imperij.* Imperator, *(refert dictum Chronicon)* Henricus (VI.) videns

dens regnum Alemanniæ & Imperium Romanorum propter frequentes mutationes Imperatorum, multa mala perpeſſum, priuſquã vota Principum in perſonâ Imperatoris poſſent conuenire, ordinauit, vt amplius electio non fieret, ſed per ſolam ſanguinis ſucceſſionem Imperium conferretur, ita vt qui propinquior Imperatori eſſet, hæreditariè fieret Imperator. Vt autem Henricus à filio ſuo Friderico, quem de Conſtantiâ vxore ſuâ habuit, ſumeret exordium, regnum Siciliæ & Calabriæ, & Ducatum Apuliæ, & Principatum Capuæ, quæ filius eius ab auis hæres acceperat, Romano Imperio vniuit, vt perpetuò terrarum iſtarum vnus Dominus eſſet.

Si tollere voluit Henricus VI. electionem atq; electores, & Imperium hereditarium facere, oportet præceſſerint: cum priuatio non detur niſi præſuppoſito habitu. Verum hoc Henrici propoſitum effectu caruit, oppoſuit enim ſe huic conatui Archiepiſcopus Moguntinus.

De electione Othonis IV. & Philippi Sueuiæ Ducis, ſecus quàm aduerſarij comminiſcuntur, hiſtorici iſtius æui literis conſignarunt. Vrſpergenſis Abbas, qui res tunc geſtas non audiuit ſolùm ex alijs, ſed magnâ ex parte vidit ipſe, Officialium regni expreſſè meminit. Arnoldus Lubecenſis cũ Amando probè conuenit: quemadmodũ cuiuis nõ lippis oculis ea inſpicienti patet. Nolim hic repetere id quod toties inſinuatũ hactenus fuit: plurimos auctores quos manu terimus, nõ in foro verſatos, nec rebus geſtis interfuiſſe: ſed plerumq; remotã à turbis vitã agentes ſcripſiſſe ea, quæ ex aliorum relatione cognouerant: multa igitur vel omiſiſſe, vel perperam ab alijs cognita in ſcriptis ſuis retuliſſe. XXVI.

Riſu ſanè digna res eſt, præſumere aliquid & coniecturâ aſſequi velle, cuius contrarium tot modis, totq; teſtibus cunctis ſit XXVII.

manife-

manifeſtum: quod quidem nihil eſt aliud quàm ſolem accenſo lychno in meridie quærere. Vis quoq; infertur Alberto Stadenſi, qui nuſquam ſcripſit, nec etiam in mente habuit ſcribere, regnante demum Friderico II. ſancitum fuiſſe, vt deinceps electio penes ſolos regni Officiales permaneat. Contrarium ſciebat Stadenſis ex antiquis auctoribus probatis, ex praxi etiam, & viridi obſeruantia. Et verba illius nihil minus innuunt, quam hoc quod ab his nouatoribus illis affingitur. Exhibeant deniq; iſti ſanctionis huius noua aſſertores, eam; & fidem dictis ſuis ſicuti par eſt, adſtruant.

XXVIII. *Henricus Sanctus adhuc Bauariæ Dux, ſicuti ante eum pater illius, & poſt, Bauariæ Duces reliqui, vſq; ad Friderici I. aut huius præceſſoris Conradi Cæſaris tempora inſignia regni ſibi vendicârunt, vt alibi dictum, non tanquam hæredes Imperij, ſeu ſucceſſores in regno, ſed vt Duces Bauariæ & in Ducatu ſucceſſores: quo pacto pomum aut pila, ſiue globus Imperatorius, (cuius vſum atq; originem Iſidorus ad Auguſtum refert: Conſtantinus Magnus teſte Nicephoro eidem crucem addidit, ſignificare volens, orbem à Chriſto in crucis virtute triumphatum eſſe) hodierno adhuc tempore de iure illis competit: ſicut ceteris Electoribus ſecularibus pro diuerſitate ac ratione officij ſui, inſignia alia; nec valet illatio à diuerſis.*

Lib. 17. Orig. Lib. 7. cap. 49.

P. Gretſer. lib. 2. de S. Cruce cap. 54.

S. SEDIS

S. SEDIS APOSTOLICÆ, SEV SVMMI PONTIFICIS PARTES IN TRANSFERENDO IMPERIO ROmano ad Germanos, nec non in conſtituendis Electoribus, an, & quæ fuerint?

CAPVT VIII. Cap. VIII.

SVccedunt prioribus alij Septemuiratûs impugnatores, qui in eo conſtituendo, ſicuti in transferendo etiam Rom. Imperio à Graecis ad Germanos (quod nec ipſe quidem Lutherus Rom. Eccleſiæ Pontificisq́; inimicus in mentem ſibi venire olim permiſerat) vllas Pontif. Max. partes fuiſſe pernegant. Quid, *occinunt iſti,* Pontifex conferat Imperatori, quod ipſe non habet? Chriſti enim regnum non eſſe de hoc mundo, ipſe profeſſus fuit. Nihil itaq́; Papa habet iuris in regno politico: nullum in Eccleſia principatum politico ſimilem: niſi falſa conceſſionis diuinæ ſpecie Monarchis per ſeditionem & fraudem extortum, ſed minimè tolerandum. *Et;* nec tranſlationem quidem Imperij à Græcis ad Germanos per Pontificem factam; nec modum illius adquiſiti à Carolo Imperij fuiſſe alium quam Monarchiæ Aſſiricæ, Perſicæ, Græcæ, & Romanæ, quas Nimrodus, Cyrus, Alexander, Iulius armis occupauerunt, & glorioſè deinceps tenuerunt. Germanorum Monarchiæ originem, ac ius cognoſcere volens, intueatur modò glorioſas Caroli Magni victorias, & mox eæ illum de origine iureq́; ſuo abundè edocebunt, & vel inuitum conuincent. *Garſen. inaurat. fol. 105.* *Idem. fol. 108.*

S Nul-

fol. 118. Nullum igitur, *aiunt aduerſarij*, à Leone Papa in Carolum Magnum tranſlatum eſſe Imperium; cum is factus ſit Imperator Occidentis, primùm iure belli; deinde tranſactione cum Imperatoribus Græcis, qui, vt veri domini, omne ius quod habuerunt in Imperium Occidentis Carolo conceſſerunt. *Et:* renunciationem Põtificis neq; electionem fuiſſe, neq; traditionem: ſed declarationem ſaltem, quod Carolus eſſet verè Imperator iure belli, & conceſſione Imperatorum Orientis, conſenſuq; & ſubiectione populi Romani: quin potius *fol. 95.* fraudi fuiſſe Imperatoribus beneficentiam Põtificum, per vnctionem & conſecrationem impertitam. Salu- *fol. 120.* tarem Electorum inſtitutionem per mendacium & iniuriam adſcribi Pontificibus. Proferant ſi poſſunt, & ſi viri ſunt, exempla iſtius Decreti Pontificij, quod à Papa factum eſſe aiunt. *Vno verbo: nihil prorſus homines iſti, (vt cum Horatio congruo illis modo appellem) parentibus nequiores, mox daturi progeniem vitioſiorem, cum Pontifice Maximo commercij habere volunt. Longè autẽ alia, eaq; ſanior* *C. de ſum. Trinit.* *mens inſederat Imperatori Iuſtiniano Magno, qui Ioannem Pontificem ſanctiſſimum vocat Archiepiſcopum almæ vrbis Romæ, & Patriarcham: ſuisq; literis ſic eum alloquitur:* Nos reddentes honorem Apoſtolicæ Sedi, & veſtræ ſanctitati, quod ſemper nobis in voto fuit, & eſt, (vt decet patrem) honorantes veſtram beatitudinem, omnia quæ ad Eccleſiarum ſtatum pertinent, feſtinauimus ad notitiam deferre veſtræ ſanctitatis: quoniam ſemper nobis fuit magnum ſtudium vnitatem veſtræ Apoſtolicæ Sedis, & ſtatum ſanctarum Dei Eccleſiarum cuſtodire, quæ hactenus obtinet, & incommotè permanet, nulla intercedente cõtrarietate, &c. *& paulò poſt:* Nec enim patimur quicquam, quod ad Eccleſiarum ſtatum pertinet,

Digitized by Google

net, quamuis manifeſtum & indubitatum ſit quod mouetur, vt non etiam veſtræ innoteſcat ſanctitati, quæ caput eſt omnium ſanctarum Eccleſiarum, &c.

CHRISTI *regnum quomodo non ſit de hoc mundo, & quomodo ſit de hoc mundo optimè explicant Doctores Catholici; & Prophetarum oraculis longè antè prænunciatum, completum tandem fuiſſe docent*, vt mons ille paruus ſine manibus de monte abſciſſus; (CHRISTVS *Saluator noſter Deus ab æterno, in tempore ex Virgine homo natus*) vniuerſum repleret mundum & ad regnum eius, nimirum Eccleſiam, prius quidem oppreſſam, poſtea verò exaltatam, & factam regnum omnium ſeculorum, fortitudo adferretur gentium, & reges earum adducerentur. Comminuta enim cætera mundi regna per vnum Chriſti regnũ, vt Propheta loquitur, conſumta, contritaq; : hoc eſt, tota illorum vanitate, ſuperbia, impietate, iniuſtitia, cæcitate, ignorantia, ſuperſtitione, aliiſq; innumeris malis, quibus vniuerſa mundi regna, Romanum Imperium maximè laborabant, per Chriſti doctrinam, cui colla tandem ſubmiſerunt, Conſtantino illo Magno primo præeunte, facemq; aliis Imperatoribus præferente, penitus abolita fuêre: vt regna illa mundi non amplius mundana & terrena, ſed ſpiritualia & ſancta eſſe ceperint; legeſq; & edicta, arma & potentiæ, diuitiæ & opes eorum regnorum, Religioni Chriſtianæ nõ ſuperſtitioni gentilitiæ, pietati nõ impietati ſeruirent: vt Imperatori iam Chriſtiano nihil magnificentius eſſet, quàm vt filius Eccleſiæ vocaretur, quod ad Valentinianum iuniorem ſcripſit Ambroſius: vt Imperatores ac Reges capita iam ſubmitterent manibus ſacerdotalibus, quod ſcripſit Chryſoſtomus: & Valentinianus ſenior Imperator libenter ſe facere diſertis verbis profeſſus

Stapleton. de magnitud. Romana Eccleſia. lib. 1. cap. 1.

Stapleton. lib. 1. cap. 6. Dan. 2. cap.

Epiſt. 32.

De Verbis Eſaia Homil. 4.

Paul. Diacon. lib. 12.

feſſus eſt; vt iam ſeruiant Deo iubendo bona, prohibendo mala, non ſolùm quæ pertinent ad humanam ſocietatem, ſed etiam quæ ad diuinam religioné; quod ſcripſit B. Auguſtinus. Deniq; vt in ipſa ſua inauguratione, ſeſe ac regna ſua Chriſtianæ religionis obſequio, cuſtodiæ, incremento deuoueant, quod ipſa coronationis & inaugurationis forma tàm Imperatori, quàm aliis noſtræ Europæ Regibus vſitata apertè conteſtatur. Imperatoris inaugurandi iuramentum, in manibus Colonienſis Archiepiſcopi præſtari ſolitum refert Sleidanus. Regis Franciæ iuramentum in manibus Epiſcopi Remenſis fieri conſuetum, verbis ampliſſimis cònceptum, à Gallicis hiſtoricis Giraldo, Paulo Æmylio, Belleforeſtio, & aliis commemoratur. Regum Angliæ iuramentum in manibus Cantuarienſis Archiepiſcopi, noſtri Annales referunt; ſicuti & Regis Poloniæ in manibus Archiepiſcopi Gneſnenſis, Alexander Gaguinus, & Staniſlaus Oricheuius. Quatenus igitur regna mundi, ipſumq; Imperium Romanum Chriſti regno ſe ſubiecerunt, ſe ſuaq; eius honori & propagationi deuouendo, eatenus quo ad impietatis vetuſtatem contrita & comminuta cenſentur (quid enim eſt aliud regnum aliquod ſubiugare, quàm ad obedientiam pertrahere?) tametſi quo ad ſanctæ religionis nouitatem refloreſcere, & beata ſe eſſe meritò gloriantur. Cuius fœlicitatis nouæq; gloriæ Romana potiſſimum Eccleſia Regibus mundi ipſiſq; Imperatoribus prima radix, origo & fundamentum fuit. Ita gentium ac populorum ad fidem conuerſio Romanæ Eccleſiæ, vel opera & labore, vel auſpiciis & autoritate facta, inter opera eiuſdem Eccleſiæ, magnificentiſſimum meritò cenſeri debet, *Hac Stapletonus grauiſſimè ac diſertè. Vice autem*

Contra Creſcent. lib. 3. c. 51.

Lib. 1. Anno 1519.

In Richar. 1. & 2.

Rer. Poloni. tom. 1. pag. 226.

In Chima. pag. 90.

verſa

verſa noſtrorum temporum Nouatores, impiiſsimis & impudentiſsimis ſuis calumniis, veterem nobis Paganiſmum veluti ex orco reuocant, & quod ne ipſi quidem Ethnici hodiè auderent amplius, Chriſtaniſmum, tanto iam omnium temporum, omnium locorum, omnium bonorum ſapientumq́ conſenſu firmatum, derident atq́; proſcindunt: ita vt veteris Paganiſmi reſtauratores, Catholicæ Romanæ Apoſtolicæ Eccleſiæ deſtructores iure audiant, & ab omnibus cenſeri debeant: id quod Vir Clariſſ. Catholicæ Religionis propugnator acerrimus Albertus Hungerus S. Theologiæ Doct. & Ingolſtadianæ Academiæ Procancellarius digniſſimus olim luculenta oratione tàm manifeſtum fecit, vt nemo ſanæ mentis id negare, aut in dubium reuocare auſit.

Ad Romanam Eccleſiam regredior, à qua Rom. Imperium fortitudinem ſuam & robur inuictum habet: quæ authoritate ſuâ (quia hoc Eccleſiæ ſaluti expedire videbatur) Carolum Magnum Franciæ regem à Leone tertio Occidentali Imperio donatum, & diademate Auguſtali ornatũ, primùm Occidentis Imperatorem creauit: quæ aliis inſuper Regnis Chriſtianis reges dedit. *Non verò* tam armis *Carolus Magnus & antiqui Germani Imperij ſceptrum meruére*, quàm virtute, pietate, & honeſtate, quibus virtutibus ſemper floruère, non ſecus atq; Romani, cum adhuc eſſent Gentiles, teſte D. Auguſtino, ob egregias virtutes morales Imperium à Deo meruerunt. *Porrò quod dicitur de tranſactione cum Imperatoribus Græcis, qui vt veri Domini omne ius quod habuerunt in Imperio Occidentis, Carolo conceſſerint: id ſine fronte, ſine veritate dicitur. Et proferant qui talia fingunt, ſi poſſunt, eiuſmodi tranſactionis omnibus hiſtoricis ignoratæ, non dico autographon ſed vmbram ſaltem. Quid autem abſurdius ſomniari à quoquam poſſit? quàm ab Impe-*

Stapleton. lib. 1. cap. 8. lib. 2. c. 1.

D. Frideric. Martini de iur. cenſuum. cap. 1. nu. 179. & ſeq.

ratoribus Græcis Occidentale Imperium per tranſactionem Carolo Magno conceſſum fuiſſe: ab ijs ſcilicet, qui ſemper cane & angue peius Carolum oderunt. A quibus autem Græcis Im- Tom.3.fol.140 col.4. *peratoribus? num ab Irene?* quæ *vt Zonaras ſcribit* filio Conſtantino vxorem datura, legatum ad Carolum Regem Francorum miſit, ad eius filiam ambiendam. Deinde eâ affinitate omiſſa ex metu & Imperij cupiditate, ne filij opes Francorum neceſſitudine augerentur, ex Oriente puellam accerſiuit, eamq; Conſtantino inuito, & ab ijs nuptijs abhorrenti deſpondit. *Hæccine igitur Imperatrix ceſſerit Carolo M. Occidentis Imperium? ſed nec cæteris Græcis minus inuiſus Carolus fuit.* Francorum Dux Carolus, *inquit Zonaras,* Imperator Romanorum à Leone Papa appellatus, miſſis ad Irenem legatis nuptias illius ambijt, cum nec illa ab eo coniugio abhorreret: niſi Eunuchus Aëtius poteſtatis particeps omnem vt aiunt lapidem mouiſſet, ne id coniugium perficeretur: quin ipſa Irene, eo ipſo tempore in his ædibus, in quibus tum agebat, cuſtodita, dein monaſterio incluſa, & ab Imperio deiecta, Nicephoro illud rereliquit. *Sed nec poſteriores Græci Imperatores æquiores fuère, & Romanis, ſeu Occidentalibus Imperatoribus amiciores,* Iul. Caſ. Budenger. de Imp. Rom. lib. 1. c. 6. *adeò vt quoq; βασιλέως, Regis Romanorū nomen illis inuiderēt, quemadmodum conſtat ex Cedreno, & Ioanne Curopalate, nec non ex epiſtolâ Ludouici Rom. Imp. (qui Caroli Magni pronepos Lothario ſucceſſit in regnum Italiæ) ad Baſilium Conſtantinopolitanum Imperatorem. Qui cum Græci Impp. in tantam furoris abundantiam proruperunt, vt ipſi quoq; linguæ Latinæ (adeò ſcilicet ſi Dijs benè placeat. Latino ſeu Occidentali Im-* Vide Baron. Tom.10.f.312. Hiſt. Rom. lib. 5.fol.16. *perio fauebant) iniuriam irrogarent, barbaram eam & Scythicam appellantes, quem ideo egregiè reprehendit & refutat ſummus Pontifex Nicolaus, &c. Et Nicephorus Gregoras pro-*

didit

didit de Imperatore Palaologo, quomodo in eos qui cum Latinis communicarent, deſæuierit publicationibus bonorum, relegationibus, cuſtodijs, execrationibus, flagris, mutilationibus, omnibus denique rationibus; quibus virorum fortium & mollium animi explorantur. *De Irene matre in præcedentibus audiuimus; De filio Conſtantino ſcribit Adelmus.* Ipſe (*Carolus*) poſthæc cum legatis Conſtantini Imperatoris, qui propter petendam filiam ſuam ad ſe miſſi fuerant, locutus eſt; atq; illis dimiſſis Romam reuerſus. Interea Conſtantinus Imperator, propter negatam ſibi Regis filiam iratus, Theodorum patricium Siciliæ Præfectum cum aliis ducibus ſuis fines Beneuentanorum vaſtari iuſſit; quibus imperata exequentibus Grimoaldus Beneuentanus Dux, & Dux Spoletanorum cum copijs in Calabria occurrentes, commiſſo prælio immodicam ex eis multitudinē ceciderunt: ac ſine ſuo ſuorumq; graui diſpendio victores facti, magnum captiuorum ac ſpoliorum numerum in ſua caſtra retulerunt. *Sed vt omiſſis aduerſariorum ſomniis pro ſancta Sede Apoſtolica, ſummisq; Pontificibus intelligentius, quod res ipſa eſt, ediſſerā: audiant contemtores iſti ſaltē vnum ex quā pluribus, Virum præter natalium ſplendorē, vitæ ſanctitate & doctrina per illuſtrem, Reginaldum Polum Cardinalem Brittannum, & ex eo diſcant;* Ordinem, qui ex CHRISTI ſeruatoris noſtri inſtitutione in Eccleſia tenetur, illius quod in cælo eſt pulcherrimi & abſolutiſſimi exemplaris ſpeciem quandam habere: & Chriſti perſonam in Pontifice Romano, ſucceſſore Petri, cuius ſucceſſio Eccleſiam continet, coli: *Diſcant inquam*, Romanum Pontificem, Petri ſucceſſorem eſſe Vicarium CHRISTI; viſibile caput Eccleſiæ, quam ſeu regalem ciuitatem ſuper Petrum ipſe Chriſtus ædificauit

In Annal. Francor. reg. f. 396. 398.

Lib. 2. defenſ. Eccleſiaſt. ſ. nitat. ad Henricum VIII. Brittanniæ Regem.

cauit, adeoq; ædificiũ hoc in fundamẽto ſuo ſtabiliuit, vt id nulla vis, nec viſibilis nec inuiſibilis demoliri poſſit. hanc quippe vim habet architecti omnipotentis promiſſio, quã rectè conſiderata, timendum amplius non eſt ne venti aut fluuij irruentes ædificium euertant. Cum ergò Chriſtus, *vt dictum iam eſt*, B. Petrum eiuſq; ſucceſſorem, fundamentum viſibile & ſecundarium ipſi Chriſto principali petræ & fundamento innitens, Vicarium, Principem quoque, caput, virum, patrem, paſtorem Eccleſiæ dederit, cui omnes, quotquot oues Chriſti in toto terrarum orbe ſunt, ſubeſſe, parere, obedire, ab eoq; regi, paſci & deduci debent: quid aliud faciunt iſtius poteſtatis ſummæ detractores, quàm quod ſeſe in Eccleſia minimè eſſe, oues Chriſti non eſſe, ſalutis æternæ participes haud eſſe, publicè conteſtantur? Quod ſi verò viciſſim, vt veriſſimè eſt, Pontifex Romanus Chriſti Vicarius, Petri ſucceſſor, Eccleſiæ Princeps, Rector, Vir, Pater, ac Dominici gregis Paſtor eſt, qui regibus quoq; vice Chriſti imperet, atq; præſit: nemo verè Chriſtianus & ouis Chriſti, quæcunq; tandem illa ſit, ſiue Rex, Princeps, aut ſubditus ſecularis inficiabitur, principatus iſtius curam, regimẽ, & gubernationem omnem ad ipſum omninò pertinere; vt proſpiciat ea, diſponat, ordinetque, quæcunque pro incidentib. ſubinde calamitatibus temporumque iniurioſis procellis è re atq; vtilitate populi ſibi commiſſi ipſi viſa fuerint: mediantibus ſcilicet & ſubminiſtrantibus ad id Regibus & Principibus politicis, qui ſunt à Deo nutritij Eccleſiæ conſtituti, ſedisq; Apoſtolicæ defenſores & aduocati.

C. Venerabilem ext. de elect. & elect. poteſt.

Et hæc praxis ſemper à Conſtantino M. vſq; ad noſtra tempora ita obtinuit, pijq; ac Chriſtiani Catholici Cæſares, Reges, Prin-

Principes omnes, proprium hoc officium ſibi vendicarunt, nec non vt facerent, à Pontificibus Romanis requiſiti fuerunt. Hoc eſt quod Platina ſcribit: Conſueuerunt Pontifices Romani, ſi quid mali ab externo hoſte immineret, auxilia ab Imp. Conſtantinopolitano petere. *Et quod Lupoldus Babebergen. in ſuo de veterum Germaniæ Principum in fide Chriſti zelo libro, multis exemplis declarat. Et Hieronymus Balbus ex D. Hieronymo. S. Thoma alijſq; auctoribus docet*, Deum Opt. Max. Imperium Romanis contuliſſe propter amorem patriæ, ſanctiſſimas leges, & pietatem. *Pont. Innocentius* III. *claris verbis exprimit cauſam tranſlati à Græcis ad Germanos Imperij impulſiuam*; vt nimirum Sedes Apoſtolica aduocatum habeat ac defenſorē. *Etſi enim ab initio gentium regna & imperia à violentia ortū traxerint, conſilio tamen Dei* (qui iam ab initio creaturarum melius iudicauit de malis benè facere, quam mala nulla eſſe permittere) *nutuq; deinceps ad eos delata fuerunt*, qui efficerent vt bono, quod commune eſt, omnes homines ſociarentur, ab illoq; dependerent; vnde veteres rectè dixerunt; è cœlo regium nomen deſcendiſſe. Et vtcunque res ſeſe habuerit in violento illo priſcorum imperio, noſtrum certè à Sede Apoſtolica ſumſit exordium, eiuſq; ſolius authoritate nititur, nec extra Eccleſiam eſt Imperium, nec quicquam prohibet ſimul dicere, poteſtatem Imperatoriam à Deo quidem emanare; ſed nihilominus etiam à Pontifice deriuari, non vt eſt homo, ſed vt Vicariam in terris Chriſti perſonam gerit. *Pelagius PP. II. Gregorio Diacono (poſtea Pontifici Maximo) vt ab Imperatore Conſtantinopolitano auxilium contrà Longobardos ſibi impetret, ſcribit:* Omnia quidem, quæ neceſſaria fuerunt, per Honoratum notarium tibi curauimus indicare; quem cum fratre & Coëpiſcopo Sebaſtiano ad

In Vita Gregorij III.

Cap. 4.

Lib. de coronatione fol. 36.

De cap. Venerabile.

Balb. fol. 313.

D. Auguſt. in Enchirid. c. 27.

fol. 15.

24. q. 1. c. ſed illud.

Tom. 1. epiſt. Decretal. fol. 442.

dilectionem tuam direximus, vt quia illis in partibus ad Rauennam vſq; nunc cum viro glorioſo Decio patricio fuit, ipſe ſua relatione te ex omnibus ſtudeat informare, vel ſi qua neceſſaria iudicaueris, poſſit Domino Imperatori ſuggerere. Quia tantæ calamitates ac tribulationes nobis à perfidia Longobardorum illatæ ſunt, contrà ſuum proprium iuſiurandum, vt nullus poſſit ad referendum ſufficere. Prædictum autem fratrem Sebaſtianum quomodo ſuſcepimus, vel in quali apud nos, te ſuggerente, fuerit caritate, ipſius poteris relatione cognoſcere. Qui etiam promiſit nobis, neceſſitates vel pericula totius Italiæ piiſſimo Domino Imperatori ſuggerere. Loquimini ergò & tractate pariter, quomodo noſtris poſſitis celeriter ſubuenire periculis: quia ita hic coanguſtata eſt Reſpublica, vt niſi Deus piiſſimi in corde Principis inſpirauerit, vt inſitam ſibi miſericordiam ſuis famulis largiatur, & ſuper illam diacopoſin, vel vnum magiſtrum militum, & vnum ducem dignetur concedere, in omni ſimus anguſtia deſtituti: quia maximè partes Romanæ omni præſidio vacuatæ videntur. Et Exarchus ſcribit, nullum nobis poſſe remedium facere: quippe qui nec ad illas partes cuſtodiendas ſe teſtatur poſſe ſufficere. Imperet ergò illi Deus noſtris velociter periculis ſubuenire, antequã nefandiſſimæ gentis exercitus loca, quæ adhuc à republica detinentur, Deo ſibi contrario, quod abſit, præualeant occupare. Presbyterum autem ad nos, Deo adiuuante, retranſmittere feſtina: quia & in monaſterio tuo, & in opere, cui eum propoſuimus, neceſſarius eſſe omninò cognoſcitur. Data quarto Nonarum Octobrium, Indictione tertia.

Vide Naucler. generat. 27. f. 630.

Succe-

Succedat, iure ſuo, præmiſſæ ſanctiſsimi Papæ aſſertioni, Illuſtriſsimi Cardinalis Baronij atteſtatio, in hac verba:

Cum verò ante ipſam collatam à Romano Pontifice conceſſionem eligendo Imperatoré Electoribus ipſis, eo iure carerent etiam ipſi Imperatores, vt ſucceſſoré ſibi deligerent; Magno Ottoni id primum à Romano Pontifice reperitur eſſe conceſſum. Extat de his Leonis Papæ Octaui decretum ad Ottonem primum Imperatorem datum, quod & recitant ipſi Nouatores, a cum inter alia ipſe Pontifex, quo pertrahat ipſum Imperatorem ad liberandam Romanam Eccleſiam à Tyrannis oppreſſam, concedit ipſi facultatem eligendi ſibi ſucceſſorem. ſunt hęc verba ab iiſdem pariter recitata: Nosquoq; Leo ſeruus ſeruorum Dei, Epiſcopi ſimiliter cũ cuncto Clero, & vniuerſo populo Romano, omnib. ordinibus huius almæ vrbis (ſicut in ipſis cõſcriptis apparet,) cõſtituimus, cõfirmamus, & roboramus, & per noſtrã Apoſtolicam auctoritatem concedimus atq; largimur denuo Ottoni Primo Teutonico Regi dilectiſſimo ſpirituali in Chriſto noſtro filio, eiuſq; ſucceſſoribus huius Regni Italici perpetuum tam ſibi facultaté ſucceſſoré eligendi, &c. *idq; factum, vt auctoritate diplomatis huius ipſe ſibi filium elegerit ſucceſſorem in regnum primò, inde in Imperium permouendum. Ex præſcripto igitur Romani Pontificis factũ videmus, vt non rex eligeretur ab Electoribus, ſed ipſi Imperatores primus & ſecundus Otto ſucceſſores regni in Imperium promouendos filios nominauerint. Otto autem tertius quod prole caruerit, per Pontificem Gregorium*

Cardin. Baron. tom. 10. fol. 909.

a Centur. 10. cap. 16. pag. 720.

aliter Imperio conſulendum putauit, nempe vt Electoribus Principibus id concederetur ab ipſo. Audiſti Romanorum Pontificum facultate Imperatoribus primò conceſſum ius eligendi Regem promouendum in Imperatorem. Audiſti inſuper ex teſtificatione Romanorum Pontificum idipſum conceſſum certis Principibus Electoribus: reliquum eſt modo (quod polliciti ſumus) vt & ipſorum Electorum teſtificatione, nec non & Imperatorum aſſertione idipſum firmemus.

Gregor. Fabric. Orig. Saxonic. lib. 1. fol. 181.

Andiamus verò & Acatholici authorũ teſtimoniũ: ea enim veritatis vis eſt, vt inimicorũ etiã ora peruia habeat. Omnino *(inquit ille)* Imperatores tres fuerunt, Eccleſiæ Chriſti potentes ac perpetui amici: CONSTANTINVS Magnus è Romanis, CAROLVS Magnus è Francis, OTHO Magnus è Saxonibus: quibus Deus in hoſtibus ſubiugandis præſens ſæpiſſimè affuit: & ſe defenſorem pij magiſtratus, ſignis manifeſtis & miraculoſis victoriis declarauit. Eâdem de cauſa Romanus Pontifex Iohannes, & in ſermonibus, & in literis Auguſtorum auguſtiſſimos hos Cæſares nominauit: vt Antiſtitum Magdeburgiorum annales teſtantur.

Negent ergò aduerſarij, quamdiu illis collibuerit, à Romano Pontifice, aut Sede Apoſtolica nihil iuris in Imperio ad Germanos perueniſſe: nunquam etiã pernegando veritati toti mundo cognitæ iam ab initio, ne hilum quidem præiudicare poterunt. Quin verò aſſeclæ eorum contrà ipſos, ex parte noſtra ſtant, & veritati teſtimonium perhibent, quod paucis planum faciemus.

Sebaſtianus Munſterus in hiſtoria Germaniæ, pro tabula Nicolai Cuſæ intelligenda ſic ſcribit: Firmato itaq; per hunc Othonem (I.) Imperio apud Germanos, adhuc Canonica Imperatoris electio non fuit, ſed quem Imperio dignum prior Cæſar moriturus deſignabat, hunc regni Principes plerunq; inſtituebant: & hoc pacto filij vt pluri-

plurimum quaſi hæreditario iure patribus ſucceſſerũt. Qui elegendi modus à Carolo primo durauit, vſq; ad annum Chriſti DCCCC. XCIII. Nam cum eo anno Otho II. moreretur, moliebantur Romani Imperium iterum ad ſe reuocare, turpe ducentes quod Romanum Imperium potius apud exteram eſſet nationem, quàm in Italia, vbi primum ortum fuiſſet, & incrementa tanta accepiſſet, vt etiam toti dominaretur orbi. Volebant igitur deinceps pro Romanorũ Rege habere vel ciuem Romanum, vel Principem aliquem ex Italia, qui vniuerſo præeſſet Imperio. At Germani cõtra nulla intercedẽte mora elegerunt Othonẽ III. ſecundi Othonis filium in Regem Romanorum poſtergatumque eſt & hac vice Romanorum conſilium. Et defuncto Papa Ioanne, Imperator Otho propinquum ſuum Gregorium V. in locum eius ſuffecit, legemque tulit, ſeu formam electionis Cæſaris pręſcripſit, quam etiam Papa confirmauit, nempe quod deinceps nulli liceret eligere Romanorum regem, niſi Germanis Principibus, qui ex ſeipſis, aut extera natione Imperio idoneum eligerent, & electus vi electionis mox Cæſar, & Romanorum rex appellari deberet, non autem Imperator Auguſtus, niſi Coronam prius à Romano ſuſcepiſſet Pontifice. Et antequam hanc electionis formulam publicauit, conuocatis Principibus & primoribus Germaniæ, qui Imperatoris electioni intereſſe conſueuerant, indicauit multos in electione ſæpenumero inueniri, qui vel ſeipſos aut ſuos promouerent ad Imperij dignitatem: & niſi huic ambitioni via præcluderetur, futurum eſſe, vt aliquando grandis hinc emergat diſſenſio, & periculoſa ſimultas: & ob id præſtare paucos intereſſe electioni, qui omnium nomine deinceps vo-

Digitized by Google

ta ſua in idoneum, & Imperij faſcibus dignum conferrent. Videri ſibi quoque aiebat operæpretium ſi Principes Electores conſtituerentur ex Imperij Officialibus, quibus potiſſimum nota eſſent regni negotia & conſuetudines. Quum autem hoc Cæſaris conſilium Principibus non diſpliceret, omnium conſenſu ſtatutum eſt, quod deinceps ſeptem duntaxat principes Romanorum eligerent regem, nempè tres Imperij Cancellarij: Epiſcopus Moguntinus, Germaniæ Cancellarius: Epiſcopus Treuirenſis Cancellarius Prouinciarum, quas Imperium vltra Rhenum in Gallia habet: Epiſcopus Colonienſis Cancellarius Italiæ. Palatinus Rheni Imperij ſummus dapifer: Dux Saxoniæ Imperij ſummus enſifer ſeu Marſcalcus. Marchio Brandenburgenſis regni Camerarius: Rex Bohemiæ Imperij Pincerna, qui illo tempore, nempè anno Chriſti M.I. cum hæc ſanctio fieret, adhuc Dux fuit. *Hæc Munſterus, qui licet hoſtis Pontificis, non tamen abnuit, ſed expreſſè fatetur ſanctionem Othonis à* GREGORIO *V. Pontifice confirmatam fuiſſe.*

Lib. de Elect. German. princip. cap. I.

Simon Schardius I C. Othonem III. ait, ſuffragante ſummo Pontifice Gregorio V. ſanctionem tuliſſe ex conſilio Principum Germaniæ de Imperatore à Germanis Principibus Officialibus Imperij deligendo.

Nicolaus Ciſnerus I C. ipſe quoque Pontificibus parum fauens in oratione de Othonis III. Imperatoris inſtituto ſic declamauit: Gregorio V. in Pontificatum reſtituto, cum Otho noſter, quanta detrimenta Reip. Chriſtianæ perniciosis de principatu contentionibus inflicta eſſent, animo colligeret; cum quas ob affectationem Imperij cum alij exteri, tum præſertim Itali (quos cæteris ad cupiditatem regnandi procliuiores eſſe cognouerat)

Digitized by Google

rat)turbas mouiſſent,& coniurationes contra Imperatorem conflaſſent, memoriâ repeterer; cum quod liberis careret,ad eos qui alijs authoritate & virtute præſtarent ſummam rei electione peruenire vellet; cum denique Imperij dignitatem apud Germanos manere, eiusq; domicilium & ſedem in Germaniâ ſtabilire cuperet,vt & ſeditionum cauſas tolleret, & exteros ab ambiendo Imperio ſubmoueret, & tantum decus patrię conſeruaret, re diligenter cum Pontifice, & Imperij proceribus,quos ſecum Imperator adduxerat, deliberata & tractata conſtituerunt, ne alijs quàm Germaniæ Prnicipibus eligendi Cæſarem ius poteſtaſue eſſet; ne alium quàm Germanum Regem Romanorum deſignarent, neuiſi cui Germani Principes Imperij ſummam tradidiſſent, Pontifices Imperatorem conſecrarent. Hac lege de Cæſaris electione Romæ promulgata, Imperator Otho in Germaniam redijt. Etſi autem hoc Decretum Itali alijque exteri populi grauiſſimè tulerunt, auſi non ſunt tamen apertè labefactare aut conuellere. Hinc vetus illa & conſtans manauit opinio id temporis ſeptem conſtitutos eſſe Germaniæ Principes viros, qui eligendi Cæſaris poteſtatem haberent, quos hodie Electores ſeu Septemuiros vocamus,&c.

Idem in eadem oratione: quàm præclarè de Germania Otho III. cum agnato ſuo Gregorio V. Ponifice meritus ſit, inde patet, quod Germaniæ Proceres ius illud eligendi Cæſaris continuâ poſſeſſione adhunc vſque diem conſeruârint. *fol.116.*

Non potuit quidem Ciſnerus pro ſuo in Sedem Apoſtolicam concepto odio abſtinere à maledicentiâ id genus hominibus quaſi congenitâ: ait enim, tametſi nihil iuris in eligendo Cæſare Pontificibus fuerit, tamen iam inde ab Henrico *fol.106.*

co

Digitized by Google

cō Nigro ſalutari illi Othonis III. conſtitutioni derogare, fraudemq; facere conatos eſſe, cum legati eorum Comitijs Imperatorijs ſe intruſerunt: & non ſolum eam ſibi ſumſiſſe poteſtatem in Imperatores, quæ ab Imperatoribus iure diuino & humano in ipſos (*oui ſcilicet in paſtorem, ne quid dicam aliud*) competebat: verum etiam ius Comitiorum Imperatoriorum ſibi arrogare voluiſſe, &c. *Sed mera iſthæc ſunt calumnia ſummum Eccleſia Catholica ſacerdotem, & Chriſti Domini Vicarium, quem alio honoris titulo olim dignatus fuit B. Ioannis Apoſtoli & Euangeliſta diſcipulus, B. Epiſcopus & martyr Ignatius: cui Anacletus πάπα μακάριος, & Clemens eiuſdem in Pontificatu Succeſſor ἀξιομακάριστος dicitur. nequaquam autem,* Væiupiter aliquis, vel Pappus, aut Pappæus Scyticus, *ſicut petulanti lingua ſua maledici iſti homines in ſummum Paſtorem, æterno ſuo cum dedecore & damno arietare non verecundantur.* *Et Eulogius ad Gregorium M. Pont. ſcribens*, Vniuerſalem cum Papam: *Iuſtinianus Imperator*. Ioannem ſanctiſſimum Archiepiſcopum & Patriarcham, caputq; omnium Eccleſiarum appellauit: *ac pro eo agnitus cultusq́; fuit Romanus Pontifex, vt Græcos Imperatores verè Chriſtianos omittam: ſemper & ab omnibus Germanicis Cæſaribus iam inde à Carolo Magno, vſq; ad hodiernum Auguſtum Imperatorem noſtrum Matthiam. Abſq; Pontificum Romanorum cura, ſollicitudine, vigilantia hactenus fuiſſet, non ſolum inſtitutio Electorum ſaluberrima æterno cum nationis noſtræ dedecore penitus ſublata fuiſſet; ſed ipſum etiam Imperiū peſſum iuiſſet. quod ex hiſtoriis tam euidens eſt, ac certum; vt nulla prorſus demonſtratione indigeat. Sed de hac re alius & commodior erit plura dicendi locus.*

Epiſt. ad Marcian.

Vid. Alfonſ. Ciacon. in Vit. Gregor. X. & Innocent. III. in ſapè d. c. Venerabilem.

SERE-

SERENISSIMI BOEMIÆ REGES SACR. ROM. IMPERII ELECTORES, QVIBVS ARMIS AB ADuerſariis petantur; eorumque Septemuiralis dignitas vindicatur.

CAPVT IX.

CAP. IX.

A *Summo Pontifice, ad Boëmiæ Regem Sacri Rom. Imperij Electorem Septemuirum tranſeo, quem aduerſarij, non vno, ſed pluribus telis quoq; impugnant. Sunt enim qui illum ex Electorum albo exterminare volentes, eligere eum negant Regem Rom.* quia Germanus non ſit. *Ciſner. fol. 106.* *alij Vratiſlaum demum ab Imperatore Henrico IV.* primum regem Bohemiæ, in conſilio Principum Moguntiæ, *Anno Chriſti M. LXXXVI.* eſſe appellatum, ſed cum regium decus homini non prouinciæ datum exiſtimaretur, atq; ideo tum Conradus frater, tum Biſetislaus, Boleslaus, Borziuislaus, filij Vratislai regis; Ducis tantum non regis nomine vſi eſſent; Vladislaum quarto loco, eidem Vratislao natum, iterum à Friderico I. ſuo, hæredumq; ſuorum nomine regiam dignitatem eſſe conſecutum. *Imo, vt Cranzius in ſcriptis retulerit*, Bohemum *fol. 15. 6.* tum primùm (mortuo Henrico VI. & electis in ſchiſmate Philippo & Ottone) à Philippo regem creatum, eius partes fouiſſe.

Tantum autem abeſſe, vt Bohemiæ Duces iis conſi- *fol. 10. a* liis, quibus Heinricus Claudus, Conradus Salicus, Henricus Niger, Cæſares renunciati ſunt, interfuerint, vt etiam Imperio Germanorum, cui tributum pendebant, infeſtiſſimi eſſent. *Alij Regem Bohemiæ demum à* Caro- *fol. 9. 6.*

lo IV. cæteris electoribus adiectum exiſtimant. *De qua re Spigelius in ſuum ad Guntheri Ligurin. lib. 5. ſcribit: Principem gentis (Boëm.) iam olim Electorum numero adſcriptum, vetuſtiores Germanorum Annales non memorant. Vnde minimè vanam exiſtimant eorum opinionem, qui volunt illum nuper aſcitum à Carolo quarto, &c. Deniq; non deſunt qui comminiſci audent*, Wenceslaum Boëm. Regem, Ottokari II. filium, Cæſaris Rudolphi I. generum primum à ſocero priuilegium Pincernatus, Electoratuſq; dignitatem Anno M. CC. XC. accepiſſe.

Quam verò ſine omni fundamento, hæc omnia obijciantur Sereniſſimis Boëmiæ Regibus, & quod rei veritas longè aliter ſe habeat, dilucidè breuiterq; hic oſtendemus. I. Falſum omninò eſſe, quod aiunt, Rudolphum I. Cæſarem, genero ſuo Boëmiæ Regi demum Pincernatus priuilegium, Electoriamq; dignitatē tribuiſſe, hoc inquam falſum eſſe conuincit eiuſdem Rudolphi inſtrumentum cuius hic eſt tenor:

P. Gretſer. de munif. Princip. in Sed. Apoſtol. cap. 8 fol. 40.

Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, vniuerſis ſacri Imperij Romani fidelibus præſentes literas inſpecturis gratiā ſuam & omne bonum. Quantò iura perſonarum prodierint in lucem notitia clariore, tantò liquidius poſteritati ſucceſſuræ materia altercandi tollitur. Inquiſitionis igitur circumſpectæ præhabita indagine, ſcrutinioq; ſolerti ſcire deſiderauimus, quid, quantumue iuris in Romano competat Imperio, & in electione Romanorum Regis, futuri Imperatoris, inclyto Regi Bohemiæ, Principi & filio noſtro cariſſimo, & hæredibus ipſius. Quo facto, Principum, Baronum, Nobilium, & Procerum Imperij nec non veteranorum communi aſſertione & concordi teſtimonio comperimus aſſonante, ipſum Regem Bohemiæ Imperij debere Pincernam exiſtere, & ius ac offi-

cium Pincernatus apud eum, nec non eius hæredes iure hæreditario reſidere. Extitit etiam dilucidè declaratum, prædictum Regem Bohemiæ & ſuos hæredes in electione Regis Romanorum, futuri Imperatoris, cum cæteris Electoribus habere debere, ad ſimilitudinem aliorum Electorum eligendi plenarium ius & vocem. Hæc verò iura Pincernatus & Electoratus, ne dum dicto Regi & ſuis hæredibus didicimus competere, ſed etiam ſuis progenitoribus, Abauis, Atauis, proauis, Auis purè pleniſſimè competebant. Volentes itaq; dicti Regis & hæredum ſuorum diſpendiis cauere, ius & officium Pincernatus in Imperio, ſibi & hæredibus eius, & non aliis competere, & in electione regis Romanorum futuri Imperatoris habere ius & vocem clarè recognoſcimus, approbamus, & præſentium teſtimonio profitemur. Si quid autem diminutionis vel calumnię, quod non credimus, cauilloſè, malitioſè, vel ſubdolè poſſit opponi, ſupplemus de plenitudine poteſtatis. In cuius rei teſtimonium præſens ſcriptum maieſtatis noſtræ ſigillo fecimus communiri. Datum Erfordiæ VI. Kalend. Octobr. Indict. III. Anno Domini M.CC.XC. regni verò noſtri XVII.

Huic Rudolphi I. Diplomati adſtipulatur etiam Rupertus Bauariæ Dux, & Elector Palatinus in literis ſuis Anno M.CCC. LVI. his verbis: Profitemur quod Bohemiæ Reges ab Atauis, proauis, & progenitoribus ſuis habuerunt continuè, habent & habere debent ius & vocem plenè & omnimodè ad inſtar noſtri & aliorum comprincipum Electorum noſtrorum tam ſpiritualium quam ſecularium in electione Romani Regis ad Imperium promouendi, &c.

Hæc cum ita ſe habeant, quomodo ſubſiſtere poterit opinio

eorum, qui exiſtimant Regem Bohemiæ à Carolo IV. demum cæteris Electoribus adiectum fuiſſe.

Si Regis VVenceſlai genealogiam numeremus, atauum huius reperiemus Vratiſlaum, ſeu Vladiſlaum, aut, vt ab aliis vocatur Bretiſlaum hoc modo:

VVenceſlaus.

|

Premiſlaus vel Ottokarus. cecidit in prælio. Anno M. CC. LXXVIII.

|

VVenceſlaus eius vxor Cunegundis Philippi regis fil. Anno M. CC. LIII.

|

Boleſlaus, Anno M. CC. XXX.

|

Bretizlaus ſeu Vladiſlaus Anno M. C. LXXIV.

|

Vratiſlaus, quem Vladiſlaum quoq; appellant, de quo Dubrauius his verbis ſcribit: Cæſarem porrho Germani Fridericum, Conradi, ex Friderico fratre nepotem, cui Aenobarbo cognomen quoniam barba rutila conſpicuus eſſet, in Comitiis Francofordiæ habitis declarârunt; Vladislao inter primos Electores ei ſuffragante, tanquam affini ſuo. *Quin aliis præterea euidentiſſimis rationibus hic error, refutatur, ex quibus paucas haſce dabo: I.*

Cap. 1. *Ipſe Carolus IV. in aureâ Bullâ ſanciens qualis eſſe debeat conductus Electorum, & à quibus, de Rege Bohemiæ ſic ſtatuit:* Regem Boëmiæ ſacri Imperij Archipincernam, conducent Archiepiſcopus Moguntinen. Bambergen. & Herbi-

Herbipolen. Epiſcopi. Burggrauij Nurenbergen. item illi de Hohenloch, de Wertheim, de Brunecke, & de Hanouue: Item Ciuitates Nuremberg, Rotenburg, & Windesheim. *Præmiſerat autem Imperator, profectionem iſtam, & conductum fieri, iuxta antiquam laudabilem conſuetudinem. Et in eâdem aureâ Bullâ; de Principibus Electoribus in communi: non tàm noui aliquid ſe ſtatuere Carolus indicat circa Boëm. Regẽ electorẽ quàm quod antea obtinuerat, renouare quodãmodo, & cõfirmare: quemadmodũ ex his verbis manifeſtè apparet:* Primò quidem interrogabit *(Moguntinus Archiepiſcopus)* à Treueren. Archiepiſcopo, cui primam vocem competere declaramus, ſicut inuenimus hactenus competijſſe: &c. Tertiò, à Rege Boëm. qui inter Electores laicos ex regie dignatis faſtigio iure & merito obtinet primariam, &c. *Et poſt pauca*: Præterea in celebratione Imperialis curiæ, Marchio Brandenburgen. aquam lauandis Imperatoris vel Regis Romanorum manibus miniſtrabit: Primum verò potum Rex Boëmie: quem tamen ſub corona regali, iuxta priuilegiorum regni ſui continentiam, niſi liberâ voluntate voluerit, non tenebitur miniſtrare, &c. Cap. 4.

II. *Conſtat ex ſuperius allato Decreto electionis Cæſaris Ludouici, Iohannem Boëmiæ & Poloniæ regem, immediatè poſt Petrum Moguntinenſem, & Balduinum Trueren. Archiepiſcopos primum inter Electores ſeculares locum, tanquam ſacri Rom. Imperij Electorem obtinuiſſe. Facta autem fuit iſta electio anno M. CCC. XIV. annis nimirum antè promulgatam per Carolum IIII. auream Bullam, quadraginta duobus: non igitur à Carolo IV. demum adiectus fuit Boëm. Rex cæteris Electoribus Imperij: aut ſancitum ab eodem Imp. vt immutato priori ſeſſionis ac præcedentiæ ordine, Rex Boëmiæ tertium ſibi votum vendicaret.*

III. *Profero apographum ex ipſo autographo deſcriptum, Dato anno M. C C. X C I. annis ante auream Bullam ſexaginta quinque, cuius hîc eſt tenor:* Nos Wenceslavs Dei gratia Rex Boëm. Dux Cracouie & Sandomirie: Marchioque Morauie Sacri Romani Imperij Princeps & Pincerna, notum facimus vniuerſis tenorem preſentium inſpecturis, tam preſentibus quam futuris, quod nos confiirmationem, ratihabitionem, & approbationem Sereniſs. Dn̄i noſtri & patris Kariſſimi, Dn̄i Rudolphi incliti Roma. Regis ſemper Auguſti, quas Illuſtri Principi Lodvvico, Comiti Palatino Rheni Duci Bavvar. conſanuigneo & affini tanquam fratri nob. Krm̄o, fecit de bonis quondam Conradi filij olim Regis Conradi nati pie memorie Friderici quondam Imperatoris Romanorum, videlicet Oppido Schongovv, Caſtro Peittengovv, Ambergovv, Curiâ ſuper monte, Curia Stauffe, villa Iglingen, villa Durncheim, villa Möringen cum toto heybiſche, Caſtro Svvabekke, Caſtro & Oppido Svvebiſvverde, Caſtro Capfheym, Oppido Nouo foro, cum toto officio, Perengovv, Nouo Caſtro, & Caſtro Schonenberch, quæ preds. Rex Conradus pro dote & in dotem Elizabeth vxori ſue, matri videlicet Conradi ſui filij predicti, ac Illuſtrium Principum predicti Domini Lodvvici, & felicis recordationis Domini Henrici Ducum Bavvar. ſorori, aſſignauit, & de omnibus bonis ſuis aliis patrimonialibus, ſiue aliis quibuſcunque ad ipſum de iure proprietatis titulo pertinebant eidem Duci Lodvvico per predictum Conradum nepotem ſuum predicti Regis Conradi filium datis & traditis, nec nō ceſſionis & donationis omnium bonorum ſuorum feudalium facte eidem Duci Lodvvico per predictum nepotem eius

Con-

Conradum de Aduocatia Herſprukke, & Vilsekke, Amberch, Avvrbach, cum Caſtro Hohenſtain & omnibus pertinentiis omnium predictorum tam in bonis quam hominibus, que predictus Rex Conradus pater Conradi predicti à Babenbergen. Eccleſia habuit infeodata, ſicut hec omnia in ipſius Domini noſtri Regis Rudolphi patentibus inſtrumentis expreſſa & per eundem Dominum Regem Rudolphum facta ſunt, approbamus & noſtrum eis prebemus aſſenſum preſentium litterarum teſtimonio, quas ad maiorem cautelam ſigillis noſtris iuſſimus ſigillari, Datum Prage, Anno Domini Milleſimo Duconteſimo Nonageſimo Primo, XVII. Kal. Maij, Indictione quarta.

Refellit hunc errorem Trithemius, qui coronationem Guilhelmi Comitis Hollandiæ in Regem Romanor. deſcribens, commemorat inter cætera: Rex autem Bohemiæ, pincerna Imperij, de conſenſu Archiepiſcopi Colonienſis, coronam argenteam capiti Regis impoſuit; dicens: Accipe diadema ſplendidum, vt ſis virtuoſis actionibus ita corruſcus in terris, quatenus merearis coronam æternæ fælicitatis habere in cælis, Amen. *Acta ſunt hæc, Anno M.CC.XLVI. nonaginta nimirum annis ante editam Bullam auream. Sed omitto id genus plura alia.* IV. *In Chronic. Hirſaugen.*

Henrici Claudi, ſiue ſancti electioni adſpiraſſe Boëmiæ Ducem Boliſlaum; Ditmarus teſtatur: nec abnuit Adelboldus. Vdalricum Boëmiæ Ducem VVippo in vita Chunradi Salici Henrici ſancti ſucceſſoris inter Duces commemorat, Principesue ſeculares, qui tunc in regnis vigebant, quorumq; conſilijs conſueuit Francia reges eligere. *Francia verò nomine Germaniam notat. Bretiſlaus Vdalrici ex Iuditha filius & patris in Ducatu Boëmiæ ſucceſſor,* à Cæſare minimè alienus eidem contrà Hungaros militarem operam inſi- *Lib. 5.*

gnem

Dubrauius lib. 7. fol. 17. gnem nauauit; à quo liberaliſſimè habitus, doniſq; ingentibus onuſtus, cum hac præterea ſpe dimittitur, tanquam maiora poſthæc, & meliora expectare deberet. *Etſi verò de his Boëmiæ Ducibus ab hiſtoricis manifeſtè proditum non ſit, tum temporis illos inter ſeptem iſtos Princi-* *Lib. 6. fol. 50.* *pes Imperij Officiales, ſiue Electores adſcitos fuiſſe; & Dubrauius de Boleſlai Ducis cognomine filio in principatu ſucceſſore ſcribens,* eo tempore in Germaniâ Comitia Cæſari creando ex nouâ Romani Pontificis Conſtitutione indicta, & Electores numero ſex, omnes Germaniæ Principes nominatos fuiſſe commemorat: quibus poſthac Rex Boiemus additus ſit Elector ſeptimus ad tollendam diſcordiam, quæ inter pares numero, pari ſuffragio concurrente, nonnunquam intercedebat; *nullum certum tempus definiens, quando ea dignitas Boëmiæ vel Ducibus vel Regibus collata fuerit: non tamen longè à vero abierit quiſpiam, ſi ſpem illam, maiora poſthæc & meliora expectandi cum qua Boleſlaus Dux à Cæſare dimiſſus dicitur, ad ſeptemuiralem eminentiam referat. Boleſlaum à Polono excæcatum & Anno M. XXX. vitâ functum Vdalricus frater in Ducatu ſequitur: progenitor Bretiſlai, qui ab Imperatore Henrico III. veniam errati petens obtinuit, anno M. LII. Hic ſucceſſorem deſignauit Spitigneum, quem excepit frater Vratiſlaus. hunc Regem Bohemiæ primùm creauit Henricus IV. apud Moguntiam in concilio Principum, anno M. LXXXVI. huius ſucceſſor Conradus frater, ſeptimo principatus menſe correptus morbo nepotibus ex fratre locum fecit: quorum penultimus, Vladiſlaus nepotem ſui nominis ex Biſetiſlao fratre, cum CCC. galeatis equitibus auxilio Henrico V. Rom. Imp. Romam miſit.* Ipſe verò Vladislaus Vratislai filius, referente hoc Ænea *In hiſtor. Boëm. cap. 24.* Syluio, à Friderico primo, ſibi & poſteris regiam dignitatem, quam Conradus, & poſt eum cæteri ſucceſſores

(ducis

Digitized by Google

(Ducis tantum nomine vſi, tamquam regni decus homini non prouinciæ datum fuiſſet) omiſerat, obtinuit: & cum in expugnatione Mediolanenſi egregiam operam nauaſſet, Imperatori mirificè gratus, leonem rubeum bifurcatę caudæ in clypeo albi coloris inſigne regium accepit. *Parum igitur, aut nihil momenti habet, quod in contrarium adfertur, Boëmiæ Duces, Romano Imperio cui tributum pendebant, infeſtiſſimos fuiſſe. Si qui enim fuerunt, & pauci quidem, ſicuti de Boliſlao Ruffo quidam perhibent, item de Spitigneo, de Vratiſlao; ad meliorem iſti frugem redierunt.*

Boëmiæ Regem Electorem arguit, quod Radevvicus tradit, Lib. 3. cap. 13. Labeslaum (al. Vladislaum) Ducem Bohemorum à Friderico primo & Imperij primis Veſontioni Anno Domini M. C. L V I I I. regem eſſe declaratum: *quo loco per Imperij primos rectè intelligimus Electores: vtpote qui in eiuſmodi caſu, & conferendo Electorali feudo, tamquam pares Curiæ intereſſe & adhiberi ſolebant. quemadmodum exorta lite inter Ericum Ducem Lavvenburgenſem, & Fridericum Saxoniæ Ducem ſacri Imperij Archimarſchallcum ſuper Ducatu Saxoniæ & Archimarſchallatu, teſtatur Imp. Sigiſmundus in conteſtatione ſua ad Concilium Baſileenſe Anno M. CCCC. XXXIV. his verbis*: Cum itaq; Principatus officium ac ius ſupradicta à nobis ac Imperio noſtro in feudum immediatè deſcendant, ac ſecundum iuris communis diſpoſitionem, nec non vſum, morem, ſtylum, & conſuetudinem ſacri Romani Imperij, feudalis contentio per Dominum feudi ac pares Curiæ terminanda ſit, liquet, hanc quæſtionem, ſi qua prætendi poterit, ad noſtram & illuſtrium Archiprincipum noſtrorum ſacri Romani Imperij Electorum pertinere notionem.

Bohemiæ Regem, non externum eſſe, ſed Germaniæ Principem, ex Irenico, & aliunde ſatis ſuperq́; conſtat.

Digitized by Google

Bohemiæ inſuper Regem, Electorem eſſe, non quia Rex eſt, ſed quia Officialis, Pincerna nempe, complures auctores teſtantur: luculenti inſuper teſtes ſunt Hoſtienſis Cardinalis & B. Auguſtinus Triumphus, Friderici II. Imp. coæui, Bohemiæ Regem Imperij Officialem, Electoremq́ tunc temporis extitiſſe: quorum verba alibi relata, hic repetere ſuperuacaneum cenſeo.

fol.138. *Principem verò Imperij, & Germaniæ Statum Regem Bohemiæ docent inter cætera Imperatorum documenta, quæ in Bohemiâ concepta, vice Archiepiſcopi Moguntinen. Archicancellarij Germaniæ ſubſcripta & recognita fuerunt, & adhuc hodie recognoſcuntur & ſubſcribuntur à Vice Cancellariis aulæ Cæſareæ; qualia documenta & reſcripta Imperatoria ſupra fuerunt in medium producta.*

Manifeſtius igitur eſt, quam vt negari cum ratione poſſit, inclitos Bohemiæ Reges, ab aliquot ſeculis Electores Imperij fuiſſe. nec adeò nouiter eam dignitatem conſecutos eſſe, quemadmodum aliqui contra hiſtoriarum fidem Principumq́ reſcripta comminiſci non verecundantur.

SEPTEMVIRATVM, SIVE ELECTORALEM DIGNITATEM DVCIBVS BAIOARIÆ RATIONE Ducatûs ab antiquo competiiſſe, diſertis rationibus oſtenditur; & argumenta contraria diluuntur.

CAP. X.

CAPVT X.

BAIOARIAE Ducatum Ducesq́ à faſtigio Septemvirali noui iſti, iſtius ordinis ſeu impugnatores ſiue reformatores, penitus deijcere nituntur. Non defuerunt quidem omnis tamen culpæ expertes, qui iuris iſtius quod Duca-

Ducatui ac Ducibus Bauariæ in Electoratu competit, neſcij, in tali perſuaſione aliquandiu hæſerunt: ſiquidem anno M. CC. XV. Palatinatus Rheni, cum Bauaria coaluit, per connubium Ducis Otthonis cum AGNETE *filiâ Henrici, vltimi Palatini Rheni: qui Otho primus ex familiâ Baioaricâ coniunctâ cum Palatinâ Elector fuerit; & mortuus anno M. CC. XLV. quo tempore Concilium Lugdunenſe ſub Innocentio IV. celebratum eſt; & hinc opinionem hauſerunt iſtam; Matthæum Pariſium numerando Ducem Boiariæ cum Electoribus, intellexiſſe eum Comitem Palatinum Rheni: ſed hi certiora poſtmodum edocti; & viſo lectoq; Diplomate Rudolphi I. Imperatoris Anno M. CC. LXXV. de quo ſuo agetur loco, veritati conceſſerunt: probè nimirum intelligentes, non Palatinam familiam in Bauaricam, ſed vice verſâ Bauaricam in Palatinam Electorale decus, quod teſtificante Cæſ. Rudolfo I. & Principibus Imperij Ducibus Bauariæ competierat ratione Ducatus Bauariæ ab antiquo, intuliſſe. Verum dimiſſis hîs, in quibus nulla culpa hæret, aduerſariorum argumenta, & quid momenti illis inſit, audiamus. Primò aiunt*; inualuiſſe ius tale, vt qui Palatinatum Rheni poſſideret, idem etiam Elector audiret & eſſet: cuius rei illuſtrandæ documenta, ex Archeiuis depromta, in quibus tàm operosè & anxiè cautum, vt poſſeſſorem Palatinatus Rheni ſemper Electoratus dignitas ſequatur, non alium. *& rurſum:* Quare hanc legem, vt non niſi Palatinatus Rheni poſſeſſorē ius Electoratus ſequatur, & à Cæſare Carolo IV. ferri, & Pontifice Vrbano VI. (pro eius æui ſuperſtitione) Ruperti Palatini inter ſe tàm ſollicitè & de ſucceſſione & tutelâ *(nempe Electorali)* confirmari procurauerunt. *Et rurſum alibi:* Vt iure familiæ Palatinæ, eius Primogenitus Imperij ordinarius & hæreditarius dapifer: ita vi & iure huius officij, quo Imperatori viuenti ad menſam mini-

P. Gretſer. in defenſ. lib. 3. Bellarm. de translat. fol. 1276.

P. Gretſ. lib. 2. contr. Goldaſt. Replicator. cap. 22. f. 298. D. Ioan. Paul. VVindeck, epiſt. ad Marc. Velſeri II. Virum Auguſtam

Freher. de legit. tutel. Curâque Elect. Palat. edit. 2.

Freher. Orig. Palat. part. 1. cap. 15.

Digitized by Google

ſtrat, illo etiam mortuo ſucceſſorem ſuffragio ſuo ei circumſpicit, & eligit. *Ex quibus iam dictis propoſitio talis conficitur:*

Electorium munus, ſeu dignitatem Electoralem PALATINATVI RHENI *ſui naturâ ſic connecti, vt nullus alius, niſi* PALATINVS *Comes Rheni, Palatinatus poſſeſſor, idem quoq; Elector ſit, & audire debeat.*

Quod ſi aſſertionis huius probationem, ſicuti par eſt, ab aduerſariis quis requirat; Carolum IV. hanc tuliſſe legem, primumq; iſtius iuris auctorem extitiſſe, *reſponſum feret. Et rem ſic habere, ex ſupra proximè adductis Freheri verbis liquet: nec non antiquioribus probationibus aduerſam partem planè deſtitui, infra ſuo loco dicenda euincent.*

Eſt, vt videtur, opinionis huiuſce, origo alia, ſiue ex errore & inſcientia eorum, qui vetuſta malè legerunt diplomata, ſiue ex malitia eadem deprauantium nata. In vetuſtis namq; literis, quæ adhuc hodie exſtant, reperiuntur hæc verba: Die Chure (Kure) an dem Riche/ *hoc eſt,* Electio, *vel* ius Electuræ in regno, ſeu Imperio. *eſt enim Küren, vel Khoren,* eligere, *&* Kurfurſte/ *vel* Chorfurſte/ *aliàs etiam* Wehler Princeps Elector, *Sed ſublata iſta voce la antiqua* Riche/ *ſuppoſita fuit, deinceps* Ryne/ *vt ſonet;* die Kure an dem Ryne/ Electura ad Rhenum: *quæ mutatio verborum communi opinioni ſubſecuta occaſionem præbuit, & locum facilè inuenit.*

Nicol. Ciſner. in orat. de Othonis III. Imp. inſtitut. fol. 22.

Alterum, quod contrà Baioariæ Duces pro Palatinis Rheni adfertur argumentum: non ſimpliciter Comitem, ſed Comitem Palatinum in Collegium Electorum fuiſſe adſcitum. At verò, *inquiunt,* Palatini Comites, non modò Comites dignitate antecellunt, ſed ab ijs, quorum Palatio præfuerunt, proximum locum obtinuerunt, vt de Palatino Boiariæ Auentinus docet. Palatini verò Rheni in Palatinis ſupremus gradus fuit. Quare & Electori-

ctoribus nonnullis ſui ordinis præcedit. At ſi Comitum condicio ſpectata fuiſſet, quia inter Proceres poſtremi ſunt, infimo loco inter Electores fuiſſet.

Comites Palatinos cæteros Comites dignitate nō tàm longè antiſtare, quàm eos longè prouehunt eorū patroni, exemplum profert Ditmarus: Cæſaris, *inquiens*, eiuſdem *(Othonis III.)* ſoror Mathild nomine, Hermanni Comitis Palatini filio Ezoni nupſit, & hoc multis diſplicuit, ſed quia id non valuit emendari legaliter, tulit hoc vnicus frater illius patienter, dans ei quam plurima, ne vileſceret innata ſibi à parenitibus ſumis gloria *taliter Ditmarus. Accidit autē res hæc iſtis tēporibus quādo Comitū vel maxima ratio haberetur; ac Principes quoq; & alij ſummi ordinis viri cum eiſdē connubia iungerent. Quod autē de præcellentiâ ſeu prærogatiua Comitiuæ ad Rhenum, & Comitum Palatinorum Rheni adfertur, id ſi conferatur cum his, quæ Freherus ſcriptis ſuis ad poſteritatem tranſmiſit, per ſe corruit, nullis alijs adhibitus adminiculis. ſic autem ille:* Neque enim quidquam præterea (hoc quidem tempore) habemus de priſca illa & inclita Palatinorum gente, quorum tota proſapia & progenies nobis incerta & incognita eſt; eoque magis, quod nec in vnâ eorum familia hæc dignitas hæreditaria & ſucceſſoria erat; ſed Cæſarũm arbitrio & beneficio Palatina prærogatiua modo huic modo illi, ob eximia merita, aliquando etiam illorum fratribus fruenda concedebatur. *Et alibi;* admirabili fortunæ proſperitate fauente Palatina domus, poſt illam cum Bauarica coniunctionem, in hoc tractu Rhenenſi dominationis ſuæ fines protulit. *Et:* Cum Baioariæ Duces alto Regum de ſanguine creti: & Bauaria regnum olim florentiſſimum & ampliſſimum ad Chriſtianam fidem ante pleraſque Germaniæ partes conuerſa Status Imperij primarius ſemper fuit, &c.

Lib. 3. Chron. fol. 47.

Orig. Palat. l. 1. c. 11. fol. 94.

Cap. 14. f. 103.

Cap. 12. fol. 91.

Comitis Palatini Rheni ſupremum gradum fuiſſe, ſecus dicitur quam rei veritas habet: idque vno tantum & altero exemplo docebimus. In diplomate Imp. Friderici I. Anno M. C. L V I. poſt Eccleſiaſticos recenſentur deinceps Principes ſeculares. Dominus Welfo Dux. Conradus frater Imperatoris. Fridericus filius Regis Cunradi. Heinricus Dux Carinthię. Marchio Engelbertus de Iſtria. Marchio Albertus de Baden. Diethpoldus Marchio de Voheburg. Hermannus Comes Palatinus Rheni, Otto Comes Palatinus de Wittelinſpach, &c. *En quo loco habeatur à Gunthero decantatus ille*

Hermannus Sacræ comes inclitus aulæ
Cuius erat tumido tellus circumflua Rheno.

Alterum diploma eſt eiuſdem Friderici I. Anno M. C. L X I. dat. ante portas Ciuitatis Mediolanenſis, tempore vaſtationis, in quo Principes commemorantur hoc ordine: Henricus Dux Bauariæ & Saxoniæ. Otto Comes Palatinus. Ludouicus Prouincialis Comes. Conradus Palatinus Comes de Rheno. Fridericus Dux Sueuorum filius Regis. Henricus Dux Carinthiæ, &c. *Erat, quod heic notandum, eo ipſo tempore, nimirum M. C. L X I. Otto VVitelſpacenſis Palatinus Regius, ſicut Gunthertus eum appellat, ſiue Præfectus Prætorio Cæſaris; cum Anno M. C. L V I. adhuc ſolummodo eſſet Palatinus Comes Baioariæ. vnde conſequitur, quamuis verum ſit, quod ſupra ex Ciſnero fuit allatum, Palatinos Comites aliis Comitibus antecelluiſſe: non tamen inde confici, Comit. Palat. Rheni ſupremum locum obtinuiſſe.*

Lib. 6.

Videant autem hi, quorum operoſus adeò labor eſt, vt Baioariæ Duces priſcis Comitibus iſtis Palat. Rheni ſibi ipſis ignotis tot interuallis poſthabeant, quo pacto ſuis Principibus ex inclitis Ducibus Boiis progenitis non ſint inſigniter iniurii: dum Electoriam dignitatem tanta familia (quæ quantum potentia

&

& nobilitate maior, tantùm etiam honore & loci prærogatiuâ cæteris Principibus prælata fuit) à primâ ſuâ origine inuectam, & à tot ſeculis in eâdem feliciter conſeruatam, nec non in foro contentioſo victrici Cæſaris Rudolphi I. & Imperij Principum ſententiâ obtentam, anſu plus quam temerario ereptum eunt; interim decus hoc maternæ ſtirpi, aut magis priſcæ illi, ac ipſis quoq; laudatoribus ſuis ignoratæ Palatinorum genti tranſcribentes.

Sed nec vnus quidem alterue hactenus probatæ fidei auctor in medium productus fuit, cuius teſtimonio nixi, pro vero & indubitato tenere poſſimus, per nuptias Othonis Baioariæ Ducis cum Palatinâ Agnete, Palatinatum ſimul & Electoratum ad eundem Otthonem deuolutum fuiſſe. quin neq; hoc in compertum habemus: Ducem Ludouicum Othonis patrem aliquot annis antea, quam filij cum Agnete Palatinâ nuptiæ fierent, Palatinatum Rheni obtinuiſſe, vnde ipſum Electorem quoq; primũ fuiſſe; haud verò, quod aduerſarij volunt, Othonem filium: conceſſo ipſis fundamento, ſeu principio illorum, Palatinatui nempe Electoratum inſeparabiliter adnexũ fuiſſe: de cuius veritate inferius plura dicentur.

Tertia pro Palatinis adducta opinio eſt Schardij: Palatinos quidem Rheni Electores fuiſſe antiquitus (*reſpectu nimirum Comit. Palat. Rheni*) quod autem Palatini Rheni rarius hiſtoricis ſeu Chronographis vetuſtioribus nominentur, ratione non carere: ſiquidem olim Palatinorum nomen non familiæ, vt nunc, ſed officij fuit: Saxoniâ, Franciâ, Bauariâ, & Sueuiâ ſuos Palatinos habente; eosque non perpetuos ſeu hæreditarios ſed ſaltem ad tempus vitæ, vt & alios Ducatus & Comitatus fuiſſe conſtat; donec quod temporibus Lotharij & Conradi factum, ad nepotes tranſire cœperat. Cum ergò Palatinatus tunc non conſtiterit in certâ familiâ, ſed nunc

De Electorib. German. Princip. cap. 7. f. 61.

nunc in hanc, nunc in aliam familiam pro voluntate Imperatorum transferretur: ſic vt qui ante Friderici Ænobarbi tempora Palatini fuere, magis ex nomine familię ſuæ appellentur, quam Palatinorum, &c.

Sicut ergò ex mente Schardij, Palatinatus ex hac in aliam, & deinceps in iſtam, moxq́; in alterā familiam tranſlatus fuit; ſic etiam Electoratus; quo quid poteſt dici ineptius? cum interim apud cæteras Electorales familias ſeculares, ſicuti non minus penes tres Eccleſiaſticas Archipralaturas Septemuirale faſtigium perpetuum atq́; inconcuſſum permaneret.

Deinde quod ait Schardius Palatinos non perpetuos, ſeu hæreditarios, ſed ad tempus tantum vitæ fuiſſe: hoc ipſum falſum eſſe hiſtoria arguit, cùm aliorum, tùm Comitum Palatinorum Boiariæ, qui à temporib. Othonis Magni, vſq́; ad Othonis IV. æuum, per annos circiter ducentos ſexaginta, ex vnà eademq́; familia Palatini Comites Baioariæ extiterunt. Sed nec hoc prætermittendum eſt, ſententiam eorum, qui Electoralem dignitatem cum Palatinatu Rheni vinculo indiſſolubili connectunt, hac ipſa Schardij ſententia iugulari: Si namq́; ante tempora Friderici I. aut quocunq́; etiam alio tempore, qui Electores extiterunt, magis ex nomine familia ſua appellati fuerunt, quàm Palatinorum: ſiue quod idem eſt, Palatinatus Rheni; à quo tamen tanquam à potiori cognominari iure debebant: ſequitur igitur Electores illos fuiſſe, non vt Comites Palatinos Rheni, ſed vt hos, vel illos, talis aut talis familiæ Principes: adeoq́; Electoratum Comitiuæ Palat. Rheni minimè fuiſſe connexum.

In Replicat. ad Reſponſor. f. 21. & in epiſt. monit. f. 19.

Petieram aliquando à Frehero, vt produceret Comitem Palatinum aliquem, qui priſcis illis temporibus; ante nimirum quàm Palatinatus Rheni ad Baioariæ Duces peruenerat; Electoratum geſſit: cui poſtulationi meæ ſe ſatisfacere velle præ ſe ferens; Henricum Palatinum Rheni, Henrici Leonis Boiariæ & Saxoniæ à Friderico I. exauctorati Ducis filium

lium *(illum, inquam, Henricum, qui in Palatinatu Rhenenſi Ludouicum I. Baioariæ Ducem & filium eius Othonem proximè anteceſſit)* in ſcænam produxit; aſſeuerans quod is facultatem habuerit eligendi Cæſarem, eamq; exercuerit palàm in creatione Othonis IV. fratris ſui Germani, facta apud Coloniam Agrippinam, Anno Domini M. C. XCVIII. contrà Philippum Sueuiæ Ducẽ, & mox Aquiſgrani per coronationem completã: neq; id negatum iri à quoquam credens, neq; verò idoneos teſtes, qui id abundè adſtruant, ſibi deeſſe ſcribens. *Teſtes porrò idoneos laudans Reinerum Reineccium, Albertum Kranzium; Arnoldum Abbatem Lubecenſem Helmodi continuatorem.*

Et Arnoldus quidẽ inter antiquos cõnumerari meret: Kranzius verò, & Reineccius recentiores ſunt, plurimisq́; poſt auream Bullam luſtris ſolem hunc adſpexêre: ac vi iure ſuo defraudari velint, inter ſcriptores ſecundæ claſſis, nouiores ſcilicet reponi haud ægrè ferent. Quam verò Helmoldi continuator iſte Arnoldus nihil omninò pro Frehero faciat, aliâs dilucidè oſtendi: Henricum nimirum Palatinum Comitem, Othonis IV. fratrem, quem Vrſpergenſis Saxoniæ Ducem *vocat, nihilo magis vnum ex Electoribus fuiſſe, quàm fuit Richardus Angliæ Rex, Othonis Auunculus; qui beneuolentiâ ſuâ Othoni non defuit, cum maximis copiis theſaurorum ad tantam vocationem eum promouendo. Neq́; etiam Arnoldus qui de electione iſtâ, & de Henrico Duce ſeu Palatino Comite fuſius ſcripſit, vllam muneris Electoralis, in quo Henricus conſtitutus fuerit, mentionem fecit: ſicuti nec Vrſpergenſis* σύγχρονος, *aut vllus vetuſtior hiſtoricus alius. Sed ne quidem in literis Principum ad Innocentium III. Pont. Max. inter cæteros, qui eiſdem litteris ſubſcripſerunt, nomen Henrici reperitur. Defecit igitur Freherus in probatione ſuâ, & neq́; hunc ipſum Henricum vnum ex Electo-*

Chron. Slauor. lib. 6. cap. 1.

In Apodeſi.

In Chronicon. Anno M. C. XCVII.

Arnold. dict. lib. 6. cap. 1.

ribus fuiſſe, neq; vllum Comitem Palatinum Rheni alium, vllà ratione oſtendit.

Verum miſsis tandem fictis Comitibus Palat. Rheni ad Baioariæ Duces tranſeo: quos Septemuirali, ſiue Electorali dignitate, ἀπ' ἀρχῆς, ab initio, & ab eo tempore, quo eminentiſsimus iſte ordo in Germaniam introductus fuit, claruiſſe, pluribus, iiſq; certis ac manifeſtis rationibus probari poteſt.

Cap. 7. fol. 5. *Prima ratio hæc eſt, quam ne ipſi quidem aduerſarij negare poſſunt: & Schardius eam non ſolum admittit, ſed etiam pro fundamento Septemuiratûs conſtituit, his verbis:* Cum Henricus Sanctus deceſſurus, principibus atq; proceribus Imperij conſulentibus, quem nam ſucceſſoré dignum Imperio iudicaret, Cunradum Salicum cæteris prætuliſſet, & Cuno Dux Francorum vehementiſſimè Imperium ambiret; ita vt inter ſe Electores diſſiderent: haud dubiè quibuſdam viſum eſt, ſi Cunradus eligeretur, eam electionem magis ex voluntate & diſpoſitione Henrici, quam liberis Principum ſuffragiis fieri: ne itaque contrario actu recens lata Othonis cõſtitutio aboleretur, & Principibus præiudicium crearetur, decreuere Imperatorem non aliter niſi per Imperij Officiales eligendum, *&c. Inter officia autem iſta Principum Dapiferatus eſt, ſiue Dapiferia; vnde tritum illud: Palatinus eligit, quia Dapifer eſt. Non eſt autem qui neſciat, Baioriæ Ducem ab Imp. Ottone III. iſti officio adhibitum fuiſſe; de quo Ditmarus*

Lib. 4. fol. 36. *in hæc verba:* celebrata proxima paſchalis ſolemnitas in Quidtlingeburg à rege (*Othone III.*) vbi quatuor miniſtrabant Duces, Henricus ad menſam, Conradus ad Cameram, Hezil ad Cellarium, Bernhardus equis præfuit. Henricum quem commemorat menſæ Othonis miniſtraſſe, *Baioariæ Ducem fuiſſe, tàm ex iis quæ antecedunt, quàm*

Orig. Saxon. lib. 2. fol. 13. *quæ ſequuntur manifeſtum eſt. & adſtipulatur Georg. Fabricius*

his

Digitized by Google

his verbis: Eo bello *(Boëmico nimirum, quod cum Boleſlao Otho geſſit)* ſedato, Principes Germaniæ ad Mœnum conueniunt Francofurti: quo in loco Hermanni Saxoniæ Comitis ſagacitate & induſtriâ cauſa Henrici Bauari tranſacta eſt: & Otho animis conſentientibus rex denominatus: & Henrico iudiciis prudentiorum regi nouo ſeſe ſubmittenti, Ducatus Bauariæ confirmatus. Rex lætitiæ plenus propter placatum Bauarum, & ad conditiones redactum Boëmum, diem feſtum Paſchalem celebrauit Quedlinburgi ſingulari magnificentiâ: inſtruenſque inquiſito apparatu conuiuium; HENRICVS Bauarus Dapiferi, CONRADVS Francus Camerarij, HEZILO Palatinus pincernæ, BERNARDVS Saxo Stabularij munere functus eſt, vt ex Ditmaro liquet. *Hucuſq; Fabricius. Quin etiam* EBERARDVM *illum, quem VVittikindus (de coronatione Cæſ. Othonis II. Aquiſgrani peractâ narrationem inſtituens) menſæ præfuiſſe ſcribit, Boiariæ Ducem, Arnoldi Ducis filium intelligi debere, cuius Papa Leo VII. in literis ſuis mentionem facit his verbis:* Præter hæc EBERHARDO Duci Bavvaricorum noſtrâ authoritate iniungimus, vt præfato GERARDO Archiepiſcopo in omnibus auxilium præſtet, *&c. haud inanibus coniecturis adductus exiſtimo: non obſtante quod Luitprandus eum Franciæ Comitem vocitet. Et Freherus expreſſè ſcribit:* cum prædicta officia Imperij tum adhuc variarent, & eſſent temporanea, OTTO illa diſtribuit, & perpetua fecit; & vt penes eoſdem & ſolos illos eſſet ius & poteſtas eligendi Romanum Imperatorem, ita, vt officia illa & ſuffragij ius adamantino nexu iungerentur, conſtituit. *Et hæc eſt abſque dubio prætaxatio iſta ſeptem Principum, ſiue ordinatio & conſtitutio Electorum*

Anno DCCC. LXXXIV.

Geſtor. Saxo. lib. 2. f. 20. & ſeqq.

Extant ad finem Chron. Richerſperg.

Orig. Palat. part. 1. cap. 15.

ad quam Albertus Stadenſis, de quo ſupra dictum reſpexit. Fuerunt igitur Baioariæ Duces iam inde ab initio Imperij Officiales & Dapiſeri, ab ipſo Othone III. conſtituti: neq; conſtat ex vllo probato authore vetuſto, Palatinum Rheni Comitem huic muneri præfectum fuiſſe.

Secundò ad Duces Baioariæ à temporibus Otthonis III. ac deinceps ratione ſeu reſpectu huius officij pertinuit ſemper in curâ atq; cuſtodiâ ſua conſeruare inſignia Imperij (quæ ſunt Crux & Lancea regalis, clauis dominici corporis inſignita, ſceptrum, globus, & corona) *iure hæreditario: eademq; inſignia Duces Boiariæ iure iſto hæreditario retinuerunt & cuſtodierunt ſemper: prout de vtroq; Henrico, Hezilone, & ſancto, poſtmodum in Cæſarem electo, patre nimirum & filio ex hiſtoriis conſtat; nec non de Duce Henrico Cæſaris Lotharij genero,* qui poſt ſoceri mortem Conradi Sueui electioni, tamquam ſe abſente non legitimæ factæ ſe opponens; tandem ſententiâ mutata, legatis eiuſdem Conradi regis Ratisbonæ regalia prædicta reſtituit. *Pro more etiam recepto, in coronatione Guilielmi ex Comite Hollandia in regem Romanum electi,* Ludouicus Baioariæ Dux Archidapifer, globum aureum in manu eius poſuit, dicens: Accipe globum ſphæricum, vt omnes terræ nationes Romano Imperio ſubijcias, & Auguſtus glorioſus appellari valeas. *Deniq; in ſolemni Imperatoris Rom. deductione, Elector Bauarus pomum illud ſeu globum aureū prægeſtare de iure & antiquâ conſuetudine ſolet.*

Lib. Nider. Alt. M.S.

Sigon. & al.

Dodechin. Anno M.C. XXXVIII. Vrſpergen. Chronic. Richarſp.

Trithem. in Chron. Hirſaug.

Tertiò, tradunt hiſtorici inter tot præclara & memorabilia beneficia, conceſſiones & iura à ſancto Henrico Imper. Eccleſiæ Bambergenſi impenſa, illud inprimis celebrari, quod idem Cæſar conſilio pleno prudentiæ & liberalitatis, potentiſſimos Germaniæ Principes, ſupremos dictæ Eccleſiæ Offi-

Martin. Hofman. in Chron. Bamberg. M.S. lib. 1. fol. 15. à Freheru.

Digitized by Google

Officiales conſtituit. Ratus enim ad fidem ſuam & dignitatem pertinere, vt vrbem Bambergenſem, quam non ſolùm Romani Imperij villã, ſed Catholicæ quoq; religionis domicilium eſſe volebat, illuſtri aliquo præſidio inſtrueret; regia authoritate ſtatuit, vt Principes Electores Eccleſiæ Babebergenſis Officiales & Vaſalli eſſent: & Imperij feuda quæ electorali nomine ac titulo tenent, ab Epiſcopo Babebergenſi acciperent; eaq; fide quæ Domino feudi debetur eidem alligarentur: maximè verò in celebritate illa, quâ recens electus Epiſcopus cum apparatu ſplendidiſſimo vrbem de more primò intrare ſolet, comitandi & deducendi gratia præſtò eſſent; & ſuo quilibet munere functus tantæ Eccleſiæ maieſtatem authoritate ſua fulciret: & adminiſtranti illi ſubſeruiret. *Notandum ſimul eſt feuda hæc officij Dapiferatus in Ducatu Bauariæ, ſiue, vt à tempore diuiſionis per Cæſ. Ludouicum inter fratris ſui, Ducis Rudolphi tunc defuncti, ſuoſque filios factæ, cognominari vulgò ſolet, in Palatinatu Boiariæ, vel veteri, ac ſuperiori ſita eſſe. Subſecuto autem tempore, cum ad Imperij clauum ſedentibus Conrado II. & ſuo ex ſorore nepote Friderico I. Sueuis, ſimultates inter hos & Bauariæ Duces exorirentur, & magnos progreſſus facerent, magnæ quoque mutationes inde enatæ fuerunt: & Duces aliqui Bauariæ Ducatu pulſi: iura inſuper & præeminentiæ quadam illis ademta; & inter hæc feudum, de quo nobis ſermo eſt, Dapiferiæ: quod Fridericus I. ſibi arrogauit; idipſum tamen Ludouicus, quarto ab Othone M. VVitelſpachio loco Ducatus clauum tenens, extincto Conradino vltimo ex Friderici I. familiâ Sueuorum Principe, à feudi Domino Epiſcopo Bambergenſi recuperauit: cuius rei teſtes adfero literas inueſtituræ, à Berchtoldo Epiſcopo præmemorato Duci Ludouico factæ, ex originali ad verbum deſcriptas.*

Anno M.CCC. XXIX.

Chronicon. Richerſperg.

Anno M.C. LVI.

Lanzius de migrat. gent. lib. 7. Naucler. gener. 38 f. 751. & in præced.

Anno M.CC. LXIX.

Digitized by Google

Berchtoldus Dei gratia Epiſcopus Eccleſie Bambergen. Vniuerſis hanc literam inſpecturis ſalutem in omnium ſaluatore. Quia diurnitas temporis obliuionem ingerit rebus geſtis, ne facta hominum dubietate vel varietate aliqua infirmentur, neceſſe eſt ea ſcripturarum teſtimonio perhennari. Tenore ſiquidem preſentium recognoſcimus & notum facimus vniuerſis preſentibus & futuris, quod nos conſiderantes grata & laudabilia ſeruitia, quæ Illuſtris Princeps Dominus Ludouicus Comes Palatinus Rheni Dux Bauarie dilectus conſanguineus noſter, nobis & Eccleſie noſtre fecit, & in antea eſt facturus, eidem & heredibus ſuis officium Dapiferatus Eccleſie noſtre, quod ad nos eſt liberè deuolutum, cum omnibus honoribus, dignitatibus & iuribus pro vt inclyte recordationis Fridericus Roman. Imp. ab Eccleſia noſtra tempore quondam Domini Ekeberti Bambergenſis Epiſcopi predeceſſoris noſtri tenuit, cum omnibus feudis ipſi officio annexis feudali titulo duximus conferendum. Feuda autem ſunt hec. Caſtrum Hochinſtain, aduocatia bonorum & hominum oppidi Härſpruck, Vilſeck, Aurpach, Pägenz, Velden, & omnia attinentia eorundem. Ab hac autē collatione noſtra aduocatiam Ciuitatis Vilſeck cum agris, pratis, paſcuis & aquis, ipſam ciuitatem ſpecialiter reſpicientibus, & ſeruitia que Tagdienſt vulgariter nuncupantur excipimus, ea deinceps pro noſtris & Eccleſie noſtre ſeruitiis reſeruantes. Includimus etiam, quod in omnibus poſſeſſionibus & iuribus noſtris Eccleſiarum, Monaſteriorum ac miniſterialium Eccleſiam noſtram reſpicientium, in poſterum non per ſe, vel heredes ſuos, vltra ius debitum non impediat vel moleſtet. Vtetur etiam predicta aduocatia

tia ſicut prefatus Imperator ea tempore Domini Ekperti Epiſcopi vſus fuit, nec munitionem vel Caſtrum aliquod eriget in bonis, que ipſi contulimus nunc de nouo. Ad huius itaq; noſtre collationis robur perpetuò valiturum preſens ſcriptum predicto Duci cum ſubnotatis teſtibus dedimus, ſigillis noſtri & Domini Henrici Venerab. Spirenſis Epiſcopi fratris noſtri munimine robroatum. Teſtes autem ſunt Dñs. Venerabilis Spirenſis Epiſcopus, Walrabus Prepoſitus maioris Eccleſie Wormatienſis. Emetio Comes de Lyningen frater noſter. Fr. de Polandia Prepoſitus S. Stephani Bambergen. Fr. Burggrauius de Nurinberg, Reinhardus de Hagenavve, Hermañus & Rudolphus de Hurnheim, Hadmarus de Labir, Meinhardus Comes de Roteneck, Gebharbus de Wilhaym, Erchingerus de Maginheim, Chunerus & Otho de Richenbach, Gerlacus de Brieberck, Otto de Bruchſella, Engilhardus de Winſperch, Philippus & Gerh. dapiferi de Alzeia, Wolframus dapifer de Nueuanſtorf, Chunerus de Alkerſdorf, Berchtoldus de Vochinberge, Antonius dapifer de Chrivviler, Chunerus & Eberhardus Pincerne de Erpach, Chonerus de Priſingen, Henricus de Rorpach, Lupoldus Coquinarius de Rotinburch, Berchtoldus de Geboltſpach, Wernherus de Huſen, Fridericus Notarius Curie noſtre, & alij quamplures. Actum & datum in Campis apud nouam ciuitatem, Anno Dominice Incarnationis Milleſimo Ducenteſimo Sexageſimo nono, tertio decimo Kalendas Iulij, duodecima Indictione.

Sciendum autem, Conradum huius nominis ſecundũ, Ieruſalem & Sicilie Regẽ Ludouici & Henrici Bauariæ Ducũ ex ſorore nepotem, auunculis ſuis partim donationis titulo aſſignaſſe, partim

tim in ſolutum eiſdem dediſſe cum bona alia, tum aduocatiam quoq; prædictam in Härſpruck, Vilſecke, Amberg, Aurbach, cum caſtro Hohenſtein, ſicut id teſtantur literæ donationis, nec non confirmatio Rudolphi I. Cæſaris, de Anno M. CC. LXXIII. quinq; nimirum annis poſt ſupra dictam per Epiſcopum Berchtoldum Duci Ludeuico inueſtituram factam.

Hinc error Ciſnero & Frehero, obrepſit; quorũ hic Berchtoldo Zæringenſi Duci vicinam Heluetiæ partem Voitlandiam, Briſgoiam, Turegum, & Rhetiam finitimam adſcribit; ille ſuperioris *(qui vocatur)* Palatinatus loca quædam inſignia, Ambergam, Neoburgum, Nouoforum, cum Præfectura Berngavv, & alia, in Sueuia magis quàm Bauaria ſita opinatur.

In orat. de Otthon. III. Imp. inſtit. f. 13. Orig. Palatin. part. 2. cap. 4. Auentin. lib. 7. Annal. f. 773. aliter ſcribit.

Quod ſi ad Palatinos Rheni aut ad ipſum Palatinatum Dapiferiæ officium, ſeu quod idem eſt, Electoratus pertinuiſſet, Cæſar Fridericus I fratri ſuo Conrado Hermanni Palatini Comitis Rheni ſucceſſori eundem conceſſiſſet. Sed ipſe contrà feudum iſtud Dapiferatus ſibi retinuit, de quo etiam ab Epiſcopo Bambergen. Ekhardo inveſtitus fuit.

Quartò ſubortâ poſt Cæſaris Rudolphi I. electionem lite inter Regem Boëmiæ Ottokarum, & Bauariæ Duces Ludouicum & Henricum fratres: motâq; dicto Duci Henrico quæſtione, ſuper quaſi poſſeſſione iuris eligendi Romanorum Regem, coràm Cæſare & Imperij Principibus, in Curiâ ſeu Comitiis publicis Auguſtæ celebratis, Cæſar Rudolphus & Principes, auditis partibus, & cognitis eorum Iuribus declararunt, & publicis literis teſtati ſunt, Ducibus Baioariæ ius eligendi Romanorum Regem, ratione Ducatus Bauariæ competere ex antiquo: ſicut ex ſubſcriptis Cæſaris Rudolphi literis clarius videri poteſt.

RVDOLFVS Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, vniuerſis preſentia inſpecturis, in perpetuũ decla-

declaramus. quod preſidentibus nobis Curie apud Auguſtam Idibus Maij ſolempniter celebrate, & conſtitutis ibidem in preſentia noſtra Illuſt. Principum Ottokari Regis Bohemie nunciis, & Henrici Ducis Bauarie procuratoribus, ſubortaq; inter eos queſtione ſuper quaſi poſſeſſione iuris eligendi Romanum Regem, per Procuratores predicti Ducis H. & Illuſt. Ludouicum Comitem Palatinum Rheni Ducem Bauarie, filium noſtrum chariſſimum fuit propoſitum, ratione Ducatus Bauarie, hoc eis competere ex antiquo, Idemq; noſter filius L. coram nobis, cunctisq; Principibus, Prelatis, Baronibus, Militibus, & vniuerſo populo, qui eidem Curie aſſidebant, extitit publice proteſtatus quod predictus Dux H. frater ipſius olim electioni Inclyti Richardi Romanorum Regis noſtri predeceſſoris, vnà cum ipſo preſentialiter cum ceteris Principibus Coëlectoribus interfuit, & in eum vterq; direxit legaliter votum ſuum, eundem in Romanum Regem, vna cum aliis comprincipibus ius in hoc habentibus eligendo. Deinde verò electionis tempore apud Franckenfurt de nobis ab omnibus Principibus ius in electione habentibus concorditer celebrate, per Nuncios & Procuratores eiuſdem Ducis Henrici videlicet Henricum Prepoſitum Oetingen. & Fridericum Rectorem Eccleſie de Lantshud, ipſius abſentiam propter impedimenta legitima legitime excuſantes, preſente venerabili Berchtoldo Babenbergen. Epiſcopo procuratore predicti Regis Bohemie, & contradicente quidem ipſis Procuratoribus, ſed ipſius contradictione à Principibus Electoribus omnibus, tam Eccleſiaſticis quam ſecularibus non admiſſa, in dictum L. Comitem Palatinum Rheni noſtrum filium, vna cum aliis Principibus

Z omni-

nunc in hanc, nunc in aliam familiam pro voluntate Imperatorum transferretur: ſic vt qui ante Friderici Ænobarbi tempora Palatini fuere, magis ex nomine familię ſuæ appellentur, quam Palatinorum, &c.

Sicut ergò ex mente Schardij, Palatinatus ex hac in aliam, & deinceps in iſtam, moxq́; in alterã familiam tranſlatus fuit; ſic etiam Electoratus; quo quid poteſt dici ineptius? cum interim apud cæteras Electorales familias ſeculares, ſicuti non minus penes tres Eccleſiaſticas Archipræſulaturas Septemuirale faſtigium perpetuum atq́; inconcuſſum permaneret.

Deinde quod ait Schardius Palatinos non perpetuos, ſeu hæreditarios, ſed ad tempus tantum vitæ fuiſſe: hoc ipſum falſum eſſe hiſtoria arguit, cùm aliorum, tùm Comitum Palatinorum Boiariæ, qui à temporib. Othonis Magni, vſq́; ad Othonis IV. æuum, per annos circiter ducentos ſexaginta, ex vnâ eademq́; familia Palatini Comites Baioariæ extiterunt. Sed nec hoc prætermittendum eſt, ſententiam eorum, qui Electoralem dignitatem cum Palatinatu Rheni vinculo indiſſolubili connectunt, hac ipſa Schardij ſententia iugulari: Si namq́; ante tempora Friderici I. aut quocunq́; etiam alio tempore, qui Electores extiterunt, magis ex nomine familiæ ſuæ appellati fuerunt, quàm Palatinorum: ſiue quod idem eſt, Palatinatus Rheni; à quo tamen tanquam à potiori cognominari iure debebant: ſequitur igitur Electores illos fuiſſe, non vt Comites Palatinos Rheni, ſed vt hos, vel illos, talis aut talis familiæ Principes: adeoq́; Electoratum Comitiuæ Palat. Rheni minimè fuiſſe connexum.

In Replicat. ad Reſponſor. f. 21. & in epiſt. monit. f. 19.

Petieram aliquando à Frehero, vt produceret Comitem Palatinum aliquem, qui priſcis illis temporibus, ante nimirum quàm Palatinatus Rheni ad Baioariæ Duces peruenerat, Electoratum geſſit: cui poſtulationi meæ ſe ſatisfacere velle præſeferens; Henricum Palatinum Rheni, Henrici Leonis Boiariæ & Saxoniæ à Friderico I. exauctorati Ducis filium

lium *(illum, inquam, Henricum, qui in Palatinatu Rhenenſi Ludouicum I. Baioariæ Ducem & filium eius Othonem proximè anteceſſit)* in ſcænam produxit; aſſeuerans quod is facultatem habuerit eligendi Cæſarem, eamq; exercuerit palàm in creatione Othonis IV. fratris ſui Germani, facta apud Coloniam Agrippinam, Anno Domini M. C. XCVIII. contrà Philippum Sueuiæ Ducé, & mox Aquiſgrani per coronationem completã: neq; id negatum iri à quoquam credens, neq; verò idoneos teſtes, qui id abundè adſtruant, ſibi deeſſe ſcribens. *Teſtes porrò idoneos laudans Reinerum Reineccium, Albertum Kranzium; Arnoldum Abbatem Lubecenſem Helmodi continuatorem.*

Et Arnoldus quidẽ inter antiquos cõnumerari meret: Kranzius verò, & Reineccius recentiores ſunt, plurimisq; poſt auream Bullam luſtris ſolem hunc adſpexêre: ac vi iure ſuo defraudari velint, inter ſcriptores ſecundæ claſſis, nouiores ſcilicet reponi haud agrè ferent. Quam verò Helmoldi continuator iſte Arnoldus nihil omninò pro Frehero faciat, aliâs dilucidè oſtendi: Henricum nimirum Palatinum Comitem, Othonis IV. fratrem, quem Vrſpergenſis Saxoniæ Ducem *vocat, nihilo magis vnum ex Electoribus fuiſſe, quàm fuit Richardus Angliæ Rex, Othonis Auunculus; qui beneuolentiâ ſuâ Othoni non defuit, cum maximis copiis theſaurorum ad tantam vocationem eum promouendo. Neq; etiam Arnoldus qui de electione iſtâ, & de Henrico Duce ſeu Palatino Comite fuſius ſcripſit, vllam muneris Electoralis, in quo Henricus conſtitutus fuerit, mentionem fecit: ſicuti nec Vrſpergenſis* σύγχρονος, *aut vllus vetuſtior hiſtoricus alius. Sed ne quidem in literis Principum ad Innocentium III. Pont. Max. inter cæteros, qui eiſdem litteris ſubſcripſerunt, nomen Henrici reperitur. Defecit igitur Freberus in probatione ſuâ, & neq; hunc ipſum Henricum vnum ex Electoribus*

Chron. Slauor. lib. 6. cap. 1.
In Apodoſi.
In Chronicon. Anno M. C. XCVII.
Arnold. dict. lib. 6. cap. 1.

Digitized by Google

ribus fuiſſe, neq; vllum Comitem Palatinum Rheni alium, vllâ ratione oſtendit.

Verum miſſis tandem fictis Comitibus Palat. Rheni ad Baioariæ Duces tranſeo: quos Septemuirali, ſiue Electorali dignitate, ἀπ' ἀρχῆς, ab initio, & ab eo tempore, quo eminentiſſimus iſte ordo in Germaniam introductus fuit, claruiſſe, pluribus, iiſq; certis ac manifeſtis rationibus probari poteſt.

Cap. 7. fol. 5. *Prima ratio hæc eſt, quam ne ipſi quidem aduerſarij negare poſſunt: & Schardius eam non ſolum admittit, ſed etiam pro fundamento Septemuiratûs conſtituit, his verbis:* Cum Henricus Sanctus deceſſurus, principibus atq; proceribus Imperij conſulentibus, quem nam ſucceſſoré dignum Imperio iudicaret, Cunradum Salicum cæteris prætuliſſet, & Cuno Dux Francorum vehementiſſimè Imperium ambiret; ita vt inter ſe Electores diſſiderent: haud dubiè quibuſdam viſum eſt, ſi Cunradus eligeretur, eam electionem magis ex voluntate & diſpoſitione Henrici, quam liberis Principum ſuffragiis fieri: ne itaque contrario actu recens lata Othonis cõſtitutio aboleretur, & Principibus præiudicium crearetur, decreuere Imperatorem non aliter niſi per Imperij Officiales eligendum, *&c. Inter officia autem iſta Principum Dapiferatus eſt, ſiue Dapiferia; vnde tritum illud: Palatinus eligit, quia Dapifer eſt. Non eſt autem qui neſciat, Baioriæ Ducem ab Imp. Ottone III. iſti officio adhibitum fuiſſe; de quo Ditmarus*

Lib. 4. fol. 36. *in hæc verba:* celebrata proxima paſchalis ſolemnitas in Quidilingeburg à rege *(Othone III.)* vbi quatuor miniſtrabant Duces, Henricus ad menſam, Conradus ad Cameram, Hezil ad Cellarium, Bernhardus equis præfuit. Henricum quem commemorat menſæ Othonis miniſtraſſe, *Baioariæ Ducem fuiſſe, tàm ex ijs quæ antecedunt, quà*

Orig. Saxon. lib. 2. fol. 13. *quæ ſequuntur manifeſtum eſt: & adſtipulatur Georg. Fabricius*

his

Digitized by Google

his verbis: Eo bello (*Boëmico nimirum, quod cum Boleſlao Otho geſſit*) ſedato, Principes Germaniæ ad Mœnum conueniunt Francofurti: quo in loco Hermanni Saxoniæ Comitis ſagacitate & induſtriâ cauſa Henrici Bauari tranſacta eſt: & Otho animis conſentientibus rex denominatus: & Henrico iudiciis prudentiorum regi nouo ſeſe ſubmittenti, Ducatus Bauariæ confirmatus. Rex lætitiæ plenus propter placatum Bauarum, & ad conditiones redactum Boëmum, diem feſtum Paſchalem celebrauit Quedlinburgi ſingulari magnificentiâ: inſtruenſque inquiſito apparatu conuiuium; HENRICVS Bauarus Dapiferi, CONRADVS Francus Camerarij, HEZILO Palatinus pincernæ, BERNARDVS Saxo Stabularij munere functus eſt, vt ex Ditmaro liquet. *Hucuſq. Fabricius. Quin etiam* EBERARDVM *illum, quem VVittikindus (de coronatione Cæſ. Othonis II. Aquiſgrani peractâ narrationem inſtituens) menſæ præfuiſſe ſcribit, Boiariæ Ducem, Arnoldi Ducis filium intelligi debere, cuius Papa Leo VII. in literis ſuis mentionem facit his verbis:* Præter hæc EBERHARDO Duci Bavvaricorum noſtrâ authoritate iniungimus, vt præfato GERARDO Archiepiſcopo in omnibus auxilium præſtet, *&c. haud inanibus coniecturis adductus exiſtimo: non obſtante quod Luitprandus eum Franciæ Comitem vocitet. Et Freherus expreſſè ſcribit:* cum prædicta officia Imperij tum adhuc variarent, & eſſent temporanea, OTTO illa diſtribuit, & perpetua fecit; & vt penes eoſdem & ſolos illos eſſet ius & poteſtas eligendi Romanum Imperatorem, ita, vt officia illa & ſuffragij ius adamantino nexu iungerentur, conſtituit. *Et hæc eſt abſque dubio prætaxatio iſta ſeptem Principum, ſiue ordinatio & conſtitutio Electorum*

Anno DCCC. LXXXIV.

Geſtor. Saxo. lib. 2. f. 20. & ſeqq.

Extant ad finem Chron. Reicherſperg.

Orig. Palat. part. 1. cap. 15.

Digitized by Google

ad quam Albertus Stadenſis, de quo ſupra dictum reſpexit. Fuerunt igitur Baioariæ Duces iam inde ab initio Imperij Officiales & Dapiferi, ab ipſo Othone III. conſtituti: neq́ conſtat ex vllo probato authore vetuſto, Palatinum Rheni Comitem huic muneri præfectum fuiſſe.

Secundò ad Duces Baioariæ à temporibus Otthonis III. ac deinceps ratione ſeu reſpectu huius officij pertinuit ſemper in curâ atq́ cuſtodiâ ſua conſeruare inſignia Imperij (quæ ſunt Crux & Lancea regalis, clauis dominici corporis inſignita, ſceptrum, globus, & corona) *iure hæreditario: eademq́ inſignia Duces Boiariæ iure iſto hæreditario retinuerunt & cuſtodierunt ſemper: prout de vtroq́ Henrico, Hezilone, & ſancto, poſtmodum in Cæſarem electo, patre nimirum & filio ex hiſtoriis conſtat; nec non de Duce Henrico Cæſaris Lotharij genero,* qui poſt ſoceri mortem Conradi Sueui electioni, tamquam ſe abſente non legitimæ factæ ſe opponens; tandem ſententiâ mutata, legatis eiuſdem Conradi regis Ratisbonæ regalia prædicta reſtituit. *Pro more etiam recepto, in coronatione Guilielmi ex Comite Hollandiæ in regem Romanum electi,* Ludouicus Baioariæ Dux Archidapifer, globum aureum in manu eius poſuit, dicens: Accipe globum ſphæricum, vt omnes terræ nationes Romano Imperio ſubijcias, & Auguſtus glorioſus appellari valeas. *Deniq́ in ſolemni Imperatoris Rom. deductione, Elector Bauarus pomum illud ſeu globum aureũ prægeſtare de iure & antiquâ conſuetudine ſolet.*

Lib. Nider. Altenſ. M.S.

Sigon. & al.

Dodechin. Anno M.C. XXXVIII. Vrſpergen. Chronic. Richarſp.

Trithem. in Chron. Hirſaug.

Tertiò, tradunt hiſtorici inter tot præclara & memorabilia beneficia, conceſſiones & iura à ſancto Henrico Imper. Eccleſiæ Bambergenſi impenſa, illud inprimis celebrari, quod idem Cæſar conſilio pleno prudentiæ & liberalitatis, potentiſſimos Germaniæ Principes, ſupremos dictæ Eccleſiæ Offi-

Martin. Hofman. in Chron. Bamberg. M.S. lib. 1. fol. 15. à Freherus.

Digitized by Google

Officiales conſtituit. Ratus enim ad fidem ſuam & dignitatem pertinere, vt vrbem Bambergenſem, quam non ſolùm Romani Imperij villã, ſed Catholicæ quoq; religionis domicilium eſſe volebat, illuſtri aliquo præſidio inſtrueret; regia authoritate ſtatuit, vt Principes Electores Eccleſiæ Babebergenſis Officiales & Vaſalli eſſent: & Imperij feuda quæ electorali nomine ac titulo tenent, ab Epiſcopo Babebergenſi acciperent; eaq; fide quæ Domino feudi debetur eidem alligarentur: maximè verò in celebritate illa, quâ recens electus Epiſcopus cum apparatu ſplendidiſſimo vrbem de more primò intrare ſolet, comitandi & deducendi gratia præſtò eſſent; & ſuo quilibet munere functus tantæ Eccleſiæ maieſtatem authoritate ſua fulciret: & adminiſtranti illi ſubſeruiret. *Notandum ſimul eſt feuda hac officij Dapiferatus in Ducatu Bauariæ, ſiue, vt à tempore diuiſionis per Caſ. Ludouicum inter fratris ſui, Ducis Rudolphi tunc defuncti, ſuoſque filios factæ, cognominari vulgò ſolet, in Palatinatu Boiariæ, vel veteri, ac ſuperiori ſita eſſe. Subſecuto autem tempore, cum ad Imperij clauum ſedentibus Conrado II. & ſuo ex ſorore nepote Friderico I. Sueuis, ſimultates inter hos & Bauariæ Duces exorirentur, & magnos progreſſus facerent, magnæ quoque mutationes inde enatæ fuerunt: & Duces aliqui Bauariæ Ducatu pulſi: iura inſuper & praeminentiæ quædam illis ademta; & inter hac feudum, de quo nobis ſermo eſt, Dapiferiæ: quod Fridericus I. ſibi arrogauit; idipſum tamen Ludouicus, quarto ab Othone M. VVitelſpachio loco Ducatus clauum tenens, extincto Conradino vltimo ex Friderici I. familiâ Sueuorum Principe, à feudi Domino Epiſcopo Bambergenſi recuperauit: cuius rei teſtes adfero literas inueſtituræ, à Berchtoldo Epiſcopo pramemorato Duci Ludouico factæ, ex originali ad verbum deſcriptas.*

Anno M.CCC. XXIX.

Chronicon. Richerſperg. Anno M. C. LVI. Lanzius de migrat. gent. lib. 7. Naucler. gener. 38 f. 751. & in praced.

Anno M. CC. LXIX.

Berchtoldvs Dei gratia Epiſcopus Eccleſie Bambergen. Vniuerſis hanc literam inſpecturis ſalutem in omnium ſaluatore. Quia diurnitas temporis obliuionem ingerit rebus geſtis, ne facta hominum dubietate vel varietate aliqua infirmentur, neceſſe eſt ea ſcripturarum teſtimonio perhennari. Tenore ſiquidem preſentium recognoſcimus & notum facimus vniuerſis preſentibus & futuris, quod nos conſiderantes grata & laudabilia ſeruitia, quæ Illuſtris Princeps Dominus Ludouicus Comes Palatinus Rheni Dux Bauarie dilectus conſanguineus noſter, nobis & Eccleſie noſtre fecit, & in antea eſt facturus, eidem & heredibus ſuis officium Dapiferatus Eccleſie noſtre, quod ad nos eſt liberè deuolutum, cum omnibus honoribus, dignitatibus & iuribus pro vt inclyte recordationis Fridericus Roman. Imp. ab Eccleſia noſtra tempore quondam Domini Ekeberti Bambergenſis Epiſcopi predeceſſoris noſtri tenuit, cum omnibus feudis ipſi officio annexis feudali titulo duximus conferendum. Feuda autem ſunt hec. Caſtrum Hochinſtain, aduocatia bonorum & hominum oppidi Härſpruck, Vilſeck, Aurpach, Pägenz, Velden, & omnia attinentia eorundem. Ab hac autẽ collatione noſtra aduocatiam Ciuitatis Vilſeck cum agris, pratis, paſcuis & aquis, ipſam ciuitatem ſpecialiter reſpicientibus, & ſeruitia que Tagdienſt vulgariter nuncupantur excipimus, ea deinceps pro noſtris & Eccleſie noſtre ſeruitiis reſeruantes. Includimus etiam, quod in omnibus poſſeſſionibus & iuribus noſtris Eccleſiarum, Monaſteriorum ac miniſterialium Eccleſiam noſtram reſpicientium, in poſterum non per ſe, vel heredes ſuos, vltra ius debitum non impediat vel moleſtet. Vtetur etiam predicta aduocatia

tia ſicut prefatus Imperator ea tempore Domini Ekperti Epiſcopi vſus fuit, nec munitionem vel Caſtrum aliquod eriget in bonis, que ipſi contulimus nunc de nouo. Ad huius itaq; noſtre collationis robur perpetuò valiturum preſens ſcriptum predicto Duci cum ſubnotatis teſtibus dedimus, ſigillis noſtri & Domini Henrici Venerab. Spirenſis Epiſcopi fratris noſtri munimine robroatum. Teſtes autem ſunt Dñs. Venerabilis Spirenſis Epiſcopus, Walrabus Prepoſitus maioris Eccleſie Wormatienſis. Emetio Comes de Lyningen frater noſter. Fr. de Polandia Prepoſitus S. Stephani Bambergen. Fr. Burggrauius de Nurinberg, Reinhardus de Hagenavve, Hermañus & Rudolphus de Hurnheim, Hadmarus de Labir, Meinhardus Comes de Roteneck, Gebharbus de Wilhaym, Erchingerus de Maginheim, Chunerus & Otho de Richenbach, Gerlacus de Brieberck, Otto de Bruchſella, Engilhardus de Winſperch, Philippus & Gerh. dapiferi de Alzeia, Wolframus dapifer de Nuenanſtorf, Chunerus de Alkerſdorf, Berchtoldus de Vochinberge, Antonius dapifer de Chrivviler, Chunerus & Eberhardus Pincerne de Erpach, Chonerus de Priſingen, Henricus de Rorpach, Lupoldus Coquinarius de Rotinburch, Berchtoldus de Geboltſpach, Wernherus de Huſen, Fridericus Notarius Curie noſtre, & alij quamplures. Actum & datum in Campis apud nouam ciuitatem, Anno Dominice Incarnationis Milleſimo Ducenteſimo Sexageſimo nono, tertio decimo Kalendas Iulij, duodecima Indictione.

Sciendum autem, Conradum huius nominis ſecundũ, Ieruſalem & Sicilie Regẽ Ludouici & Henrici Bauarie Ducũ ex ſorore nepotem, auunculis ſuis partim donationis titulo aſſignaſſe, partim

declaramus. quod preſidentibus nobis Curie apud Auguſtam Idibus Maij ſolempniter celebrate, & conſtitutis ibidem in preſentia noſtra Illuſt. Principum Ottokari Regis Bohemie nunciis, & Henrici Ducis Bauarie procuratoribus, ſubortaq; inter eos queſtione ſuper quaſi poſſeſſione iuris eligendi Romanum Regem, per Procuratores predicti Ducis H. & Illuſt. Ludouicum Comitem Palatinum Rheni Ducem Bauarie, filium noſtrum chariſſimum fuit propoſitum, ratione Ducatus Bauarie, hoc eis competere ex antiquo. Idemq; noſter filius L. coram nobis, cunctisq; Principibus, Prelatis, Baronibus, Militibus, & vniuerſo populo, qui eidem Curie aſſidebant, extitit publice proteſtatus quod predictus Dux H. frater ipſius olim electioni Inclyti Richardi Romanorum Regis noſtri predeceſſoris, vnà cum ipſo preſentialiter cum ceteris Principibus Coëlectoribus interfuit, & in eum vterq; direxit legaliter votum ſuum, eundem in Romanum Regem, vna cum aliis comprincipibus ius in hoc habentibus eligendo. Deinde verò electionis tempore apud Franckenfurt de nobis ab omnibus Principibus ius in electione habentibus concorditer celebrate, per Nuncios & Procuratores eiuſdem Ducis Henrici videlicet Henricum Prepoſitum Oetingen. & Fridericum Rectorem Eccleſie de Lantshud, ipſius abſentiam propter impedimenta legitima legitime excuſantes, preſente venerabili Berchtoldo Babenbergen. Epiſcopo procuratore predicti Regis Bohemie, & contradicente quidem ipſis Procuratoribus, ſed ipſius contradictione à Principibus Electoribus omnibus, tam Eccleſiaſticis quam ſecularibus non admiſſa, in dictum L. Comitem Palatinum Rheni noſtrum filium, vna cum aliis Principibus

Digitized by Google

omnibus,qui in nos direxerant ſua vota, prout iam dicti Procuratores in mandatis receperant, concorditer extitit compromiſſum, qui commiſſum huiuſmodi in ſe recipiens,ſuo,& dicti H.Ducis fratris ſui,ac omnium aliorum Principum ius in electione habentium auctoritate& nomine,in Romanum Regem ſolemniter nos elegit, vocibus eorundem fratrum Ducum Bauarie Comitum Palatini Rheni ratione Ducatus pro vna, in ſeptem Principum ius in electione Regis Romani habentium numero computatis, prout etiam in predicta Curia Auguſten.viue noſtre vocis eloquio, vtrique ipſorum in preſentia nunciorum prefati Regis Bohemie,videlicet venerabili Wernhardo Seckouien. Epiſcopo,Magiſtro Henrico Prepoſito Werden. N,Commendatore Domus Theutonice per Auſtriam,& Wolfingo Magiſtro Hoſpitali S. Iohannis de Murperge, ac omnium ibidem preſentium Principum, Prelatorum, ac Baronum recognouimus, & recognoſcimus manifeſtè,in huius rei teſtimonium,& perennem memoriam predictorum, preſentes eis literas donauimus, noſtro Regali ſigillo, nec non ſubſcriptorum teſtium ſigillis munitas. Qui ſunt. Hartmannus Auguſt. Epiſcopus. Hiltprandus Eiſteten. Henricus Tridentinus Epiſcopus N.de ſancto Gallo.de Augea Abbates.Rudolfus Cancellarius noſter. Ex Laicis verò filius noſter Ludouicus Comes Palatinus Rheni Dux Bauarie. Philippus Dux Karinthie. Meinhardus Comes Tyrolen. Fridericus Burgrauius de Nürnberg. Henricus Marchio de Burgaue. Vlricus de Helfenſtain. Ludouicus de Oetingen. Albertus & Burchardus de Hochenberg. Henricus de Furſtenberg. Tybaldus de Pirreto & Ludouicus de Honberg,Comites Henricus & Berchtoldus de Niffen,

fen, Albertus de Pruckperch. Hermannus de Hägin-berch, Volkmarus de Chemnaten, & Marquartus filius ſuus, Winhardus de Rorbach, Henricus de Priſingen, & alij quam plures, Actum & Datum Auguſte, Anno Dominice incarnationis Milleſimo, Ducéteſimo, Septuageſimo quinto, Regni verò noſtri Anno ſecundo.

An verò quiſquam putet, Cæſarem Rudolphum & Imperij Principes tale quid affirmaturos, niſi illis de rei veritate certò certius conſtitiſſet? præſertim cum Palatinatus Rheni à genero Cæſaris, Duce Ludouico realiter poſſideretur, & Henricus Dux frater Ludouici, titulo tenus ſaltem Comes Palatinus Rheni eſſet: ac proinde Ludouico vero poſſeſſori Comitiuæ Palatij Rheni haud leuis iniuria fieret, derogando ipſi Electoriam dignitatẽ, per eiuſmodi ſententiam, & reſcriptum Auguſtale, (quæ tamen, vtpote Palatinatui Rhenenſi indiſſolubiliter connexa ipſi ſoli competeret) Bauariæ Ducatui tranſcribendo, & fratrem Henricum Ducem, nihil quicquam de Rhenenſi Comitiuâ præter nudum nomen gerentem, in communionem eius admittendo. Et tale quid tunc factum fuiſſe eò minus præſumendum eſt, cum Palatinatus Rheni, ante annos circiter ſexaginta quinq; aut ſex ad Baioariæ Duces perueniſſet; cuius rei recens adhuc memoria vbiq; & apud omnes vigeret; & procul dubio eo ipſo tempore aliqui adhuc in viuis eſſent, quorum æuo idipſum contigiſſet. Quin etiam eâdem facilitate declarare, literiſq; ſuis teſtificari potuiſſent Rudolfus Cæſar Principeſq; cæteri, præmemoratis Ducibus ius eligendi Rom. Regem competere ratione Comitatus Palat. Rheni, ſi rei veritas ſic habuiſſet: cum diſiuncti ac ſeparati tunc temporis tituli eſſent, Ducatus Bauariæ, & Comitiua Palatij Rheni; quibus titulis illi ipſi Duces Bauariæ fratres ſeparatim vterentur. Neque ſolum potuiſſent, ſed debuiſſent quoq; hoc facere; ne poſſeſſori Comitiuæ Rheni actuali ac vero, hoc eſt, Duci LVDOVICO

in iure ſuo præiudicarent: quod Cæſarem Rudolphum, Principeſq́ facere voluiſſe, ne cogitandum quidẽ eſt. Imò verba iſta: ratione Ducatus Bauariæ ab antiquo; *ideò addita fuerunt in diplomate Cæſaris, vt omnibus teſtatum fieret, Bauariæ Duces Ludouicum & Henricum Electores eſſe, eiſq́ ius eligendi competere, tamquam Bauariæ Ducibus, & reſpectu Ducatus ab antiquo; nullatenus verò ratione Palatinatus Rheni, recens acquiſiti, & per matrimonium ad patrem illorum deuoluti.*

Quintò dignitas iſthæc Electoralis, ſeu ius eligendi Romanum Regem, Bauariæ Ducatui adeo adnexum ſemper fuit, ac Ducibus eiuſdem competiit, vt quamuis plures quàm vnus, vno eodemq́ tempore Duces in regimine eſſent conſtituti, omnes tamen ac ſinguli ius & facultatem haberent eligendi: ſicuti præmiſſa modo literæ Cæſaris Rudolphi I. hoc ipſum in facto ita cõtigiſſe, circa electionem Regis Richardi, & ipſius quoq́ Cæſ. Rudolfi, teſtantur: vocibus nimirum eorundem Ducum eligentium, pro vnâ in ſeptem Principum ius in electione Regis Romani habentium numero computatis. Quem morem diu duraſſe, cum aliunde conſtat, tum id etiam docent literæ Procuratorum Marchionis Brandenburgenſis, poſt cædem Regis Alberti I. Rudolfi I. filij ad electionem noui Regis (qui tum fuit electus Adolfus Naſſauienſis Comes) deſtinatorum: quas literas ex originali deſcriptas hic repræſentamus.

Nos Bercht. Comes de Hennenberch, nec non Conr. de Ryeder miles, Procuratores Illuſtrium Principum Othonis & Woldemari Marchionum Brandenburgen. ſuper futuri Regis Romanorum electionis negotio conſtituti: Ad vniuerſorum notitiam volumus peruenire, quod poteſtate & mandato nobis ab eiſdem Marchionibus, nomine eorum, nec non nomine Illuſtris Principis Rud. Ducis Saxoniæ qui ſuum votum in electione Romanorum Regis ſibi competens in prædictum

ctum Othonem Marchionem iſta vice noſcitur tranſtuliſſe, datis, traditis & conceſſis, amicitie, vnionis, & concordie federa cum Illuſtribus Principibus Rud. & Lud. Comitibus Palatin. Rheni, vt ipſi regno Romano ſalubrius & cautius conſulatur, ſic duximus incunda videlicet quod ipſis promiſimus, & preſentibus promittimus, corporali ſuper hoc in animas predictorum Dominorum noſtrorum Marchionum preſtito iuramento, quod in electione futuri Regis Romanorum vnũ cum ipſis eſſe debeamus, ſic videlicet, quod quemcumq; ex Principibus vel perſonis infra ſcriptis, videlicet Illuſtribus Principibus Ott. Woldemaro Marchionibus Brandenburgen. Nobili viro Alberto Comite de Anhalt, nec non Illuſt. Principibus Rud. & Lud. Comitibus Palatinis Rheni, & Friderico Duce Auſtrie plura vota de Principibus Eccleſiaſticis Electoribus habere contigerit, ille preferatur, & votis noſtris eidem debemus adherere, ipſum ſine omni contradictione in Regem Romanorum eligendo. Extra verò numerum perſonarum predictarum non eligemus, niſi concurrentibus votis Comit. Palat. atq; noſtris. Sanè eſt adiectum, & iuramento firmatum, quod ſi aliquem noſtrum Marchionum predictorum vel alium ad noſtram promotionem in Regem Romanorum eligi continget, quod prefatis Comitibus Palatinis in ſuo iure aſſiſtet, & ipſe nobis vice verſâ, & ipſorum contra omnes homines erit perpetuò coadiutor. Eſt etiam promiſſum & iuramento firmatum, quod ſi aliquem ex Marchionibus predictis, vel alium: ad eorum promotionem in Regem eligi continget, quod predictis Comitibus Palat. conferet omnia bona ſua, & eos in eiſdem manutenebit & defendet, & predictos Comit.

Palatin. in poſſeſſione omnium bonorum, quę genitor eorum poſſedit, & in ea poſſeſſione, ſicut ea tempore clare memorię quondam Rud. Rom. Regis poſſederunt, non moleſtabit, vel turbabit. De expenſis verò, quę contemplatione electionis factę fuerint, ad arbitrium Venerabilis Principis Dñi Ioannis Epiſcopi Argentinen. & noſtri Bercht. Comitis de Hennemberg ſatisfiet. Ad confinia verò Imperij & predictorum Comitum Officiales pacifici iuxta arbitrium predictorum Argentinen. Epiſcopi & Bercht. Comitis de Hennemberg locabuntur. Eſt etiam iuratum quod nec Illuſtrib. Princip. Othoni & Stephano Ducibus Bauarię, nec nobili viro Eberhardo Comiti de Wirtenberg, predicti Marchiones, ſi quem ex eis in Regem eligi continget, adherebit, vel aliquo genere copulationis & vnionis vnietur. Porrò promiſimus, & iuramento firmauimus, quod Illuſtrib. Princip. Friderico & fratribus ſuis Ducibus Auſtrię omnia eorum bona & dominia, ſicut ea tempore Clare memorię Illuſtris quondem Dñi. Alberti genitoris eorum poſſederunt, conferet & eos in eiſdem manutenebit & defendet. Harum teſtimonio literarum, noſtrorũ ſigillorum robore munitarum. Datum in Popardia, Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo octauo, feria ſexta ante Simonis & Iude Apoſtolorum.

Sextò. Alberto Rom. Rege occiſo, Clemens V. Pont. Max. ad Rudolſum, non vt Comitem Palatinum Rheni, ſed tanquam ad Baioarię Ducem literas dedit, illumq́; enixè admonuit, quam curam & ſollicitudinem circa eligendum alium Regem ipſe tanquam vnus de electoribus eiuſdem adhibere debeat. quę literę multis nominibus dignę viſę ſunt, vt nunquam intermoritura memoria cauſa ſuprà loco ſuo insererentur.

Septi-

Septimò. Cæſar Ludonicus V. inter ſuos filios & ex fratre Rudolfo, qui iam fatis conceſſerat, nepotes, iniuriæ paternæ immemor, eoſdemq; omni beneuolentiâ complectens, diuiſionem Prouinciarum hæreditariarum inſtituit, quibus etiam Palatinatum Rheni conceßit poßidendum. De electione autem, ſiue iure eligendi Rom. Regem inter eoſdem ſeparatim diſpoſuit ac tranſegit, quam diſpoſitionem ac tranſactionem Ducis Rudolphi filij in hac verba factam iuratâ promiſſione ratam habuerunt: Debemus etiam primum Romanum Regem eligere, pro nobis & noſtra parte; & debent noſtri dilecti Domini & Patrui Cæſaris Ludouici filij, Ludovvicus & Stefanus, aut illorum hæredes, alterũ Romanum Regem eligere; & ſic debet alternatio electionis regni inter nos & noſtros hæredes poſthac perpetuo permanere. Et quando contingit, quod nos Romanum regem eligere debemus, tunc tenemur nos & noſtri hæredes, noſtros prædictos patrueles Ludovvicum & Stefanum, & eorum hæredes tueri & ſecuros reddere erga Romanum Regem, tanquam nos ipſos, vt illis fiat circa feuda, circa conſtituta, & circa alia iura, quæ habere debent à Regno, & quæ ad terram illorum pertinent, quæ vtrorumq; noſtrorum maiores habuerunt, & ad nos atq; illos continuarunt: hoc ipſum debent illi, & eorum hæredes nobis & noſtris hæredibus viciſſim facere toties quoties electio regni ad eos peruenerit. Et ſi nos aut noſtra pars vel noſtri hæredes, illos aut eorum hæredes impediremus aut circumueniremus in electione regni, & ipſis non vellemus pemittere vt eligerent, quemadmodum iure deberent, & præſcriptum eſt, tunc amiſimus nos, noſtra pars & noſtri hæredes electionem regni, & debet electio regni ad illos, eorumque hæredes reuolui, ac perpe-

tuò apud illos permanere. Similiter debet electio regni ad nos, noſtram partem, & hæredes noſtros deuolui, & in perpetuum penes nos permanere, ſi ipſi aut eorum hæredes nos, noſtram partem, aut noſtros hæredes impedirent, aut circumuenirent in electione, quando nos eligere deberemus, &c. *Et hanc diuiſionem, conuentionem atq; tranſactionem ſuper iure eligendi Romanum Regem omnes ac ſinguli Sacri Rom. Imperij Electores tunc temporis exiſtentes, ratificarunt, laudarunt, confirmarunt, & approbarunt: quorum originales literæ adhuc hodie integræ & illeſæ exſtant.*

Octauò. Ipſi quoque electores Imperij præmemoratam Cæſ. Ludouici ordinationem inter ſuos & fratris Ducis Rudolfi filios factam circa alternationem iuris eligendi Rom. Regem, ipſo facto approbârunt, & ratam habuerunt: admittendo nimirum Ducem Stephanum, tanquã Coëlectorem ſuum Anno M.CCC. XXXVIII. in confederatione illorum, & literas ratificatorias illius ſuper eadem ab ipſo recipientes, quæ ex germanico in latinum fideliter & ad verbum tranſlata ſequentis ſunt tenoris:

Nos Stephanus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, & Dux Bauariæ, notum facimus cunctis hominibus, qui has literas vident, aut legi audiunt; quod nos vnâ cum cæteris ſacri Romani Imperij Electoribus conſiderauimus & reſpeximus, vt dictum Romanum Imperium in ſuo honore, iuribus & bonis, atq; etiam nos ac cæteri Electores, in noſtro honore, iuribus, conſuetudinibus, & priuilegiis, quæ nos à prædicto Imperio habemus, his temporibus, & antea vehementer impediti & moleſtati fuimus ac ſumus, & propter communem ac manifeſtam vtilitatem totius Chriſtianitatis atque ad præmemorati Imperij, ac noſtrum cæterorumq; Electorum

ctorum honorem, iura, priuilegia & conſuetudines, tuendum, defendendum ac manutenendum, vnanimiter conuenimus, & nos inuicem vniuimus, quod prędictum regnum & noſtrum principalem honorem, quem ab eo habemus ac obtinemus, videlicet in electione regni, in ſuis & noſtrorum Electorum iuribus, priuilegiis & conſuetudinibus, ſicut ab antiquo ad nos tanquam Imperij Electores peruenit, & deuolutũ fuit, manutenere, tueri, ac defendere velimus, pro omnibus noſtris viribus ac poſſe, ſine fraude, contra quoslibet, nemine excepto: ſiquidem hoc noſtrum honorem & iuramentum concernit: neq; hoc intermittemus propter vllum mandatum, à quocunq; vel quomodocunque hoc emanaret, per quod Imperium nos, & cæteri Electores in præſcriptis rebus vllo modo impugnari poſſemus. Volumus inſuper omnes Dominos & amicos, qui ad nos ſpectant, vel non, ſiue ſint Eccleſiaſtici ſiue ſeculares, noſtros vaſallos, miniſteriales, Caſtellanos, Officiales & ciues ad id faciendum rogare, inducere, illiſq; hoc mandare, in quantum valemus: & ad hoc debet noſtrum quilibet Elector cæteris auxilium præſtare, ſine fraude, vt iſti nobis in his rebus auxilium & adiumentum præbeant, idq; propter neminem intermittant, & ob nullas prohibitiones, mandata, & interdicta, à quocunq; illa emanârint. Quod ſi præterea cõtingeret, vllam diſſeſſionem aut dubium circa hoc negocium inter nos & cæteros Electores exurgere, quicquid nos tunc omnes vnanimiter, aut maior pars ex nobis ſuper hoc diffiniemus & ſtatuemus, debet vim habere, idq; tenere debemus ſine dolo. Omnia prædicta capita, & vnum quodlibet horum ſingulatim promiſimus bona fide, & promittimus præſentibus hiſce

 lite-

literis, per noſtrum principalem honorem, nec non iurauimus hoc ipſum ad ſanctos, pro nobis & noſtris ſucceſſoribus certum ac firmum tenere, & nullatenus cõtrauenire, neq; hoc intermittere, nullo modo, ſicuti in præcedentibus expreſſum ac ſcriptum eſt. Quod ſi per nos ipſos aut quemuis alium poſſemus, valeremus aut efficeremus vt alius aliquis nobiſcum in hanc confœderationem veniret; is iurare debet atq; promittere ſe omne hoc præſtare velle, ſicut in præcedentibus & ſequentibus ſcriptum continetur. Quod ſi verò nos aut noſtrum aliquis, quod Deus auertat, adeo peruerſus eſſet, vt vel nos, vel aliquis quiſquam illorum contra faceremus, aut facere vellemus, contra hoc tueri nos non debemus, vlla diſpenſatione, abſolutione, relaxatione, abolitione, nec alio vllo beneficio, quocunq; nomine hoc appellatur, vndecunque aut quomodocunque id proueniat, & fiat per noſtras aut aliorum hominum preces, aut, quod latinè vocatur, ex officio, neq; ab vlla ſuperioritate, quæ ſeſe in his intromittere vellet. Et debemus Deo ac mundo infames, infideles, & periuri eſſe ac vocari vbi aut quocunq; pacto contra faceremus, aut contra veniremus, vllo modo, omni dolo ac fraude in præſcriptis omnibus punctis, articulis, & eorum ſingulis excluſis. Ac in verum teſtimonium præſcriptorum damus has præſentes literas ſecreto noſtro obſignatas, quę datę ſunt Remis in campo, die Iouis poſt S. Margarethę à natiuitate Christi Anno M. CCC. XXXVIII.

Conſimiles per omnia literæ extant originaliter cæterorum Electorum iſtius temporis: nempe: Henrici Archiepiſcopi Moguntini, Balduini Colonienſis, VValrami Treuirenſis, Rudolfi Pala-

Palatini Bauariæ Ducis, Rudolfi Ducis Saxoniæ, Ludovvici Marchionis Brandenburgen.

Poſtea verò quàm Carolus Bohemiæ Rex, Cæſar huius nominis quartus deſignatus, & Palat. Rheni Comitibus, ductâ uxore Rudolfi Palatini filia Anna, tàm arcto adfinitatis nexu coniunctus fuit: iſti ipſi Palatini poſthabitis anteactis Caſ. Ludouici inter ipſos peractâ diuiſione, tranſactionibus, pactisq́ conuentis iuratis, inq́ rem ſuam intenti, ſicut de eiſdem ipſemet Freherus ſcripto teſtatur, à Carolo Cæſare non paruos ad augendam rem Palatinam fauores acceperunt. Et Rupertus quidem Palatinus, à barba Ruffus, & ad differentiam cognominis ſui ex Adolfo fratre Nepotis præſenior dictus, non ſine auctoritate ipſius Caroli Imp. Electoratum, & ad eum ſpectantia ſibi, dum vixit, retinuit, ac ſummopere laborauit pro Electoratu Cæſ. Ludouici filiis ac hæredibus, *contrà quam iuramento promiſerat, vt ſupra oſtenſum*, eripiendo, eamque ſibi ac ſuæ parti arrogando: *quod quidem factu non adeò difficilè fuit: cum ipſe Carolus IV. anteceſſoris ſui Imp. Ludouici filiis parum faueret, (quin illos omni ſua hæreditate & poſſeſſionibus priuatos cuperet, cuius rei memorabile exemplum refert Cranzius in Vandal. libr. 8. cap. 19. 23. de excitato Marchioni Ludouico Ludouici Caſ. filio æmulo) in adfines autem ſuos Palatinos longè propenſior eſſet, ac pro eiſdem apud Electores, aliosque Principes Imperij preces ſuas & auctoritatem interponeret.*

Edit. 2. de legit. tutel. curaq; Elect. Palat.

Profuit iuxta hæc Palatinis plurimum, ſicuti viciſſim Ducibus Bauariæ, Ludouici poſteris haud parum obfuit Aurea Bullæ promulgatio: de qua ad omnem poſteritatem tale monumentum Henricus Rebdorfenſis, iſtorum temporum ſcriptor, tranſmiſit: Menſe Ianuario idem Imp. (Carolus) cōuocat

In Chronic. Anno M.CCC. LVI.

 Curi-

Digitized by Google

Curiam in Nurenberg in qua Archiepiſcopi Moguntinenſis, Colonienſis, Treuerenſis, & alij Principes Conueniunt Electores, & quàm plures alij: ſed filij Ludvvici duo, Ludvvicus Marchio Brandenburgenſis, & Dux Stephanus ad hanc Curiam non conuenerunt, timentes potentiam prædicti Imperatoris. Ludovvicus verò dictus Romanus, etiam filius Ludvvici benè interfuit huic Curiæ cum magno apparatu, & de Marchionatu Brandenburgenſi per Imperatorem eſt inueſtitus ibidem. *Sollicitè quidem iam antea in hoc ipſum incubuerat, Rudolfus Dux Bauariæ, quo ſcilicet pacto Electoralem præeminentiam, excluſo fratre Ludouico poſtmodum Cæſare deſignato, eiusq́; hæredibus ad ſe, & ſuam poſteritatem transferret: id* Anno M. X C. X C I V. *quod cum aliunde, tum etiam ex literis tranſactionis per Cæſarem Adolfum ipſius Rudolfi ſocerum inter prædictos fratres Duces facta, manifeſtum eſt: quæ tamen tranſactio non obtinuit; ſed contrarium in effectum deduxerunt hi ipſi fratres Duces, in electione Henrici VII, aliterq́; inter ipſos conuenit, vt teſtantur literæ Rudolfi Ducis, quas latinas factas audiamus.*

Anno M. CCC. XIII. Rudolfus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bauariæ, notum facimus vniuerſis, qui has literas inſpiciunt, aut legi audiunt, quod nos libere & ſponte, bono conſilio, amice pro nobis, & heredibus noſtris, etiam pro noſtra coniuge Mächtilde tranſegimus cum noſtro dilecto fratre Ludovvico Comite Palatino Rheni & Duce Bauariæ, & ille viciſſim pro ſe, ſua coniuge Beatrice, & illorum hæredibus, ſuper omnibus negotijs, quæ nos & prædictus noſter frater ad inuicem habuimus vſque in hodiernum diem, ſic, quod nos & noſter dilectus frater, amicam collationem fecimus, ad Rhenum, vbique, & in Bauaria, in Auſtria, in Sueuia, & vbicunque hæreditatem

tem habemus, in hominibus, bonis, dominijs, & qualiacunque bona fuerint, parua vel magna, feodalia ſeu propria, quæſita aut non quæſita, ſic quod eadem communiter poſſidere, habere, illisq; vti debeamus, & in noſtris dominijs permanere, ac ſimul in feuda concedere ac dare, quandiu viuimus. Et nos dux Rudolfus debemus habere ius in electione regni ad dies vitæ; Quod ſi dilectus frater noſter nos ſupervixerit, tunc debet prædictarum terrarum & dominiorum circa Rhenum & in Bauaria dominus eſſe, vſq; ad obitum ſuum: & debet quoq; electionem in Regno habere: neq; debent liberi noſtri cum ipſo, neq; cum ipſius liberis vllam partem quærere, nec petere, quandiu ipſe vixerit. Quod ſi nos noſtrum dilectum fratrem ſuperuiuemus tunc debemus ei & liberis eius, ſi liberos ſuſceperit, quod Deus det; omnia hæc iura certa, rata, ſtabilia ac firma conſeruare; & liberi illius nobis viciſſim, quemadmodum noſter frater Ludouicus ante hac ſeſe erga nos & liberos noſtros obligauit. Quando etiam nos & noſter dilectus frater vtrinque non ſumus, tunc debet ſenior electionem in regno habere, quamdiu in communione permanſerint. Si autem partem ſuam peterent, tunc debent æpualiter diuidere, circa Rhenum, in Bauaria & vbicunque in alijs terris homines & bona habent: & debet nullus illorum, neq; ſenior neq; iunior melius ius habere, neque in electura, neque in bonis, neque in dominijs præ alio: Et is, qui Electuram æquâ diuiſionis ſorte obtinuerit, pro parte ſua, ille debet alteri, aut cæteris, tàm beneuolè & amicè prędictam Electuram recompenſare alijs bonis, vel dominijs, vt ipſi vel illis ſufficiat. Stat etiam penes nos Ducé Rudolfum vbi locorum noſtræ dilectæ coniugi, aut noſtri dilecti

fratris coniugi, vtriuſque harum dotalitium, viduitatis prouiſionem & Morganaticam dabimus, aſſignabimus ſiue in Bauaria, ſiue ad Rhenum: & in quocunque Vicedominatus officio ſiue ſit in Bauaria, ſiue ad Rhenum noſtræ dilectę coniugi ipſius contradotem, viduitatis prouiſionem & Morganaticam aſſignauerimus, ibidem debemus nos quoque noſtri dilecti fratris coniugi quoque dare & aſſignare eiuſdem contradotem, Viduitatis prouiſionem, & Morganaticam. Debent quoq; omnes, qui noſtri auxiliatores & miniſtri fuerũt in hoc bello, ſiue ſint domini ſiue miniſtri, pauperes vel diuites, noſtri dilecti fratris, abſque omni fraude & dolo gratiam & fauorem habere omnimodo. ſic debent viciſſim & inprimis noſter Dominus Epiſcopus Eyſtetenſis, eius Eccleſia, & miniſtri illius, & hi omnes qui noſtri dilecti fratris auxiliatores & miniſtri fuerunt in iſto bello, vel in obſidionibus, quæ inter nos fuerunt hucuſq;, ſiue ſint domini ſiue minſtri, diuites vel pauperes, abſque omni fraude, gratiam noſtram habere totaliter. Et vt præſcripta conuentio, compoſitio ac communis & amicabilis collatio, certa firma ac inuiolabilis permaneat, nos iuramentum præſtitimus ad ſanctos, & vnâ nobiſcum dilectus noſter adfinis Comes Gerlacus de Naſſovve, noſtrique fideles Herman. de Haldenberch, Rudolf. de Haſlang, & Gotfrid. Penler noſter Vicedominus in Bauaria & ad Rhenum. Viciſſim iurauit noſter prædictus frater Ludovvicus corporaliter, prædictam collationem & conuentionem firmiter tenere, ſicut præſcriptum eſt: & vnâcum ipſo Comes Berchtoldus de Greyſpach, Comes Berchtoldus de Neyffen, Berchtoldus Dapifer de Chuſſental, & Weigel Vicedominus de Amberch. Nos & noſter

fra-

Digitized by Google

frater poſſumus ac debemus ad prædictam conuentionem addere cum communi conſilio: vnde omnes noſtræ res meliores fiant: & quomodocunque euenerit, debent prædictæ conuentiones & collatio firma manere ſicut iurauimus, & neque debent, neque poſſunt tranſgredi. Et ad horum notitiam damus has literas ſigillo noſtro obſignatas, quę Datę ſunt Monachij cum à Chriſti natiuitate numerarentur Anni M.CCC.XIII. proxima die Iouis ante S. Iohan. Baptiſtæ.

Eiuſdem per omnia tenoris ſunt literæ Duciſſæ Mächtildis, Coniugis Ducis Rudolfi. tantum verò abeſt, Palatinatui Electoratum cohærere aut connexum fuiſſe, ſicuti ex aduerſo prætenditur, vt ex his literis conuentionis & tranſactionis fraternæ totum contrarium manifeſtum fiat.

Ex quibus præmiſſis omnibus, cùm probatæ fidei ſcriptoribus tùm publicis documentis, quorum authographa in Archeiuis extant, hactenus adductis, quilibet facilè animaduertere poteſt, quæ ſit vera & propria origo hodierni Palalaino-Electoratus: quem demum tempore Caroli IV. Imp. & promulgata ab eodem Aurea Bulla Rudolfi Palatini Rheni Bauariæq́; Ducis, Cæſaris Ludouici fratris ſoboles, fauente, adnuente, aſpirante eiſdem Carolo IV. nec non alijs Principibus; & excluſis Ludouici Cæſar. filiis ac poſteris contra eiuſdem Imp. Ludouici diuiſionem, nec non contra vtriuſq́; partis expreſſa pacta conuenta iuramento paciſcentium firmata, ſibi tunc de facto arrogârunt, & in hodiernum vſq́; diem vſurpant.

Porrhò

Porrbò veram hanc eſſe, primamque ac propriam originem Palatino Electoratus, ſubſequens Caroli IV. Decretum, de iure & ſucceſſione Electorum Palatinorum abundè docet.

Nos Karolvs Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex, recognoſcimus pubblicè per præſentes, & notificamus cunctis ipſas intuentibus ſeu legi audientibus, quòd nos cum omnibus Principibus Electoribus, Eccleſiaſticis & ſecularibus, & ipſi nobiſcum, voluntate communi & vnanimiter, in Imperiali noſtra Curia Nurenbergæ deliberauimus & Concordauimus, & cum iure & ſententia inuenimus; inuenimus, declaramus, & pronunciamus pro iure, tanquam Rex Bohemiæ, ſacri Romani Imperij Archipincerna & Coëlector præfatorum Principum; Ex quo Magnificus Rupertus Senior Comes Palatinus Rheni, ſacri Romani Imperij Archidapifer, Dux Bauariæ, eſt in poſſeſſione vocis & electionis, in electione Romanorum Regis futuri Imperatoris, & etiam in poſſeſſione, & dominio ſeu vſu habet Principatum Palatinatus, Archidapiferiã, terras, vaſallagia, cum omnibus pertinentiis, ſuper quibus electio & vox Comitatus Palatini Rheni fundata eſt, ſicut hoc nobis & omnibus Principibus præfatis & cuilibet liquidum eſt & notum, ſine hæſitatione quacunque; quod meritò dictus Rupertus admittendus eſt, & nos ipſum de iure admiſimus, & admittere volumus & debemus, ad quaslibet cauſas & omnia facta, quæ nos & antefati noſtri Coëlectores tractabimus vel faciemus pro honore & vtilitate ſacri Romani Imperij, & eius fidelium ſubditorũ, omnimodè ſicut de iure & de honeſta laudabili conſuetudine Comes

Comes Palatinus Rheni, Archidapifer ſacri Imperij, & Princeps Elector, meritò admitti debet.

2. Etiam inuenimus & pronunciamus tanquam ius & pro iure, ſi ita contingeret, quod aliquis antedictum Ducem Rupertum pro eiſdem electione & voce electionis Romani Regis futuri Imperatoris impetere vellet, quod huiuſmodi impetitionem facere non poſſet nec deberet, niſi prius impeteret Principatũ & terras prænarrati Palatinatus, Archidapiferiam ſeu officium Dapiferiæ, vaſallagia, & quidquid ad huiuſmodi Palatinatum pertinet, & eam obtineret, ſicut iuris eſt. Quia nos cum iure & per ſententiam inuenimus, quod electio & vox ſuper Principatum, & ſuper terras Palatinatus, & ſuper Archidapiferiam taliter fundatæ ſunt, quod vnum ſine alio perſiſtere non poteſt; ſed oportet ea, ſimul in omni impetitione tam in damno, quam in lucro inſeparabiliter permanere. Harum teſtimonio literarum, noſtro Imperiali ſigillo ſigillatarum. Datum Nurmbergiæ, anno Domini M.CCC.LVI. quinta feria poſt Epiphanias Domini; Regnorum noſtrorum anno decimo, Imperij verò primo.

Simili per omnia tenore literas ſuas ediderunt Electores.

NOS GERLACVS D. G. Archiepiſcopus Moguntinus.

BEYMVNDVS D. G. Archiepiſcopus Treuirenſis.

WILHELMVS D. G. Archiepiſcopus Colonienſis.

RVDOLPHVS D. G. Dux Saxoniæ iunior, &c.

LVDOVICVS qui nuncupatur Romanus Marchio Brandenburgenſis.

Digitized by Google

Ineatur calculus à tempore, quo Palatinatus Rheni per Othonis matrimonium Ducatui Baioariæ acceſſit, ab anno nimirum M. CC. XV. (qua vulgata eſt ſententia) vſq. ad annum huius Decreti, adeoq. promulgatæ, Aureæ Bullæ, M. CCC. LVI. & intermedij emergunt anni CXLI. tanto nimirum tempore Baioariæ Duces, Palatini etiam Rheni audierunt, & fuerunt, cum quidem ante adquiſitum Palatinatum Rhenenſem Electoriâ ſublimitate fulſiſſet. Rurſum ab anno M. CC. LXXV. (quando Rudolfus I. Cæſar, & Imperij Principes recognouerunt, publicoq. inſtrmento teſtati ſunt, Baioariæ Ducibus competere ius eligendi Romanum Regem, ratione Ducatus Bauariæ ab antiquo) vſque ad annum Aureæ Bullæ, intercedunt anni LXXXI. denique ab anno M. CCC. XXIX. ſcilicet à Cæſaris Ludouici diuiſione facta inter fratris ſui Rudolfi, & ſuos filios, de iure eligendi Rom. ſcientibus ratumq. habentibus cæteris omnibus ac ſingulis Electoribus, (& in his Rege quoque Bohemiæ Iohanne Caroli IV. progenitore) & Palatinis iuratò cauentibus, ſe iſti diuiſioni, ordinationi, & tractatui, Cæſaris patrui ſui nunquam, contrauenturos; ab iſto inquam anno M. CCC. XXIX. vſque ad ortum Aureæ Bullæ numerantur anni circiter XXVII. Num igitur quiſpiam magis miretur, tam exiguo temporis interuallo memoriam, notitiamque Iuris Electoralis Baioariæ Ducibus vel ab antiquo ratione Ducatus Baioariæ: vel ex diuiſione Cæſaris Ludouici & conſenſu atq. ratificatione Electorum à tot annis competentis, intercidere potuiſſe? an vero potius Decreto Carolino aſſenſum prabens, inuentum iſtud fuiſſe nouum ſibi perſuadeat. Et eſt fortaſſe hoc vnum de genere eorum, qualia multa Carolũ quartum admiſiſſe V. C. Iacobus Spiegelius olim in aula Caſſ. clarus ſcribit, ad quem breuitatis ſtudio Lectorem remitto.

In Commentar. ad Ligur. lib. 1. fol. 280.

Neq;

Neq; verò eſt quod quiſpiam exiſtimet aut dicat, Bauariæ Duces tanto temporis interuallo tacendo, & non contradicendo Palatinis ceßiſſe, & conſenſum præbuiſſe, ideoq; ius ſuum planè amiſiſſe: ſiquidem ex originalibus literis, aliisq; actis authenticis conſtat, Bauariæ Duces nunquam per tantum temporis interuallum quod ad præſcribendum legitimè tale ius incorporale requiritur, quale eſt ac de iure cenſeri debet Septemuiralis dignitas atque praeminentia ſiluiſſe: ab anno nimirum M. CCC. LVI. quo ipſo anno Aurea Bulla promulgata fuit, vſq; ad lapſum præſentis temporis: ſed eoſdem Duces ſemper contradixiſſe Palatinis, & proteſtando ius ſuum conſeruaſſe: quoties etiam ab Imperatoribus regalium ſuorum, Ducatus, & omnium aliorum iurium ſibi ab antiquo competentium inueſtituram petierunt, toties quoque petiiſſe eoſdem ſimul Electoralis prærogatiuæ confirmationem & infeudationem; & hâc ipſa viâ, omniq; quo potuerunt meliori modo ius ſuum perſecutos ſemper fuiſſe: quod litteræ inueſtiturarum abundè teſtantur. Accedit his omnibus quod cum Anno M. D. XLIV. ab Imperatore Carolo V. in Comitijs Spiræ Fridericus Palatinus Electoratus infeudationem requireret; eodem tempore, ſimul interpoſita fuit proteſtatio, nomine Ducis Bauariæ Guilielmi IV. & ex ſpeciali eiuſdem mandato per ſua Celſitud. Conſiliarios: & impetratum Reſcriptum Cæſareum; quod infeudatio Electoratus cum ſuis pertinentiis & iuribus, Duci Friderico facta, Duci Guilielmo in iure ſuo præiudicare nullatenus debeat, ſed quod ſaluo iure eiuſdem, ac quorumcunq; aliorum facta fuerit.

DE VICARIIS IMPERII, VICARIATV ANTIQVO ET HODIERNO.

Cap. XI. *CAPVT XI.*

*AD Imperij Vicariatum quod attinet, vt paucis me
expediam, ſciendum: Officium iſtud ſeu munus reſpe-
ctu diuerſorum temporum diuerſimodè ſe habere. Ab
antiquo enim, Imperatores & Reges Romani, cum ipſi per ſe*
1. *negotiis regni & Imperij ſufficere non poſſent, vel certas in au-
lis ſuis perſonas conſtituebant, qui vice illorum cognitioni cau-
ſarum praeeſſent: & horum quidem munus, cum perſonâ quæ
eidem præficiebatur, exſpirabat: vel ad tempus certum, abſen-*
2. *te nimirum Rege, Imperatore extra prouinciam, Vicarij iſti
pro arbitrio conſtituentis dabantur: vel denique Prouincijs*
3. *ſingulis ſinguli præſtituebantur Vicarij. Res exemplis declara-*
I. *ta planior fiet, & intellectu facilior. Primi generis Vicarij fue-
runt, Aulæ Magiſtri, Comites Palatij ſiue aulæ regiæ Palatini,
Præfecti etiam prætorio dicti: qui ſinguli à Rege vel Imperato-
re, dignitate & officio proximi, munus iudicandi obibant, & de
cauſis, negociis, litibus ſubinde exorientibus cognoſcebant, eaſq;
definiebant.* Hinc Comitum & nomen & officium pri-
mò ſic dictorum, quod prouinciales magiſtratus, tan-
quam negociorum publicorum adiutores comitaren-
tur, ſequerenturue; & pro officio ſuo cauſas cognoſce-
rent, poſtulationes audirent, libellos ſupplices legerẽt,
& his reſponderent: circa edicta & epiſtolas ſcriben-
das ac decreta interpretanda verſarentur. *Et Comitum
quidem proprium fuit officium ius dicere, ſeu adminiſtrare iu-*

Thob. Paurmeiſt. in doct. & eleganti ſuo tractat. de Iuriſdict. Imp. Rom. lib. 2. cap. 10.

ſtitiam: quod adeò moribus obtinuit, vt Germanorum quoq; Gr**a**uen/*Comites, iudices dicti habitiq; ſint*, Pfalßgrauen/ *Palatij ſeu aulæ Comites, iudices aulæ: & Palatium*, Pfaltz/*Curia, ſeu locus, vbi ius dicitur, & iuſtitia adminiſtratur. Qua ratione Bauariæ Ducibus, tanquam inter cæteros Electores, certo quodam reſpectu, (minimè verò propter Comitiuam Rheni) Palatinis Comitibus, ſeu Palatio prætorioue præfectis, hoc munus incubuiſſe alibi fuit oſtenſum. Huc referri debet, & hoc ſenſu accipiendũ eſt, quod vetuſtus auctor Conradus de Fabariâ Presbyter S. Ottmari ante annos circiter quadringentos ſcripſit:* Ducem Noricorum in Curia *(Henrici Regis VII.)* manſiſſe, cuius conſilio res Imperij per id temporis diſponebantur. *& Vrſpergen. Anno Domini M.CC.XXV.* Ludevvicus Dux Bavvariorum curator regis Henrici, in rebus tam propriis quàm Imperialibus in Alemannia efficitur. *Hoc conſilio & hac ipſa cauſa quam proximè ſupra attigimus, impellente, laudatiſſimæ memoriæ Rex Romanorum Maximilianus I. Anno M. CCCC. XCV. in partem &* II *iuriſdictionis & Reipub. procurandæ Iudicium Cameræ Regium inſtitnit: quod Cæſ. Maieſt. vices gereret: illudq; ipſum ſummum Imperij Tribunal Anno M.D. LV. Auguſt. Cæſ. Carolo V. & Imperij ſtatibus in idipſum cõuenientibus Sacr. Cæſ. Maieſt. & Imperij Camera Imperialis iudiciumq; factum:* quod deinceps ſiue viuo Cæſare, ſiue defuncto, ſeu in Imperio eo conſtituto, ſiue abſente, in iuriſdicendi munere tantum pollet poteſtque, quantum Præfectus Prætorio, quantum Electores Interreges, quantum Rex Romanorum, quantùm Cæſar: adeò vt vel abſente etiam Cæſare extrà Imperij limites, vel fatis functo, ſummi huius tribunalis curſus & iuriſdictio non interrumpatur, neq; ſuſpendatur, aut ab alio aliquo ſuperiore de-

Vide Petr. Pytha. IC. obſeruat. de Comitib. Palat. tam German. quam Galliæ.

Lib. de caſib. S. Galli in Alamania cap. 14.

Fol. mihi 324.

Petr. Denais. IC. in aſſert. iuriſdict. Imp. Tom. 1 part. 46.

pendeat: nec aliquis Vicarius Cæſaris aut Imperij in hac ipſa Camera Imperiali ius & poteſtatem ſibi arrogare debet: *cum Vicaria iſta prouiſio nonniſi vacante ordinariâ iuriſdictione, (quod in hoc caſu dici nullatenus poteſt, cum defuncto quamuis Caſare, Camera Imperialis, qua non tàm Caſaris, quàm totius Imperij, omniumq́; Statuum Camera eſt & iudicium commune ordinarium, adeoque vniuerſale, defuncta non ſit neque cenſeatur, ſed viua permaneat & integra) aut in locis, ac iudicijs Caſareis particularibus, vbi ſatis concedente Imperatore, iuriſdictinis quoque vacantia ſeu defectus datur, quemadmodum in Rotvvilenſi iudicio & alijs ſimilibus olim contingebat, ac hodieq́; contingere poteſt, locum obtineat: ſicuti etiam certò conſtat ſuperioribus annis defuncto Caſare Vicariatum per auream Bullam ad Cameram Imperialem per Electorem Ludouicum Palatinum non fuiſſe extenſum. Verùm de his commodius fuſiuſque alio dicetur loco.*

II. *Secundi generis Vicarij in hiſtorijs paſſim occurrunt. Otho Magnus, ſiue I. Imp. in Italiam proficiſcens Vicarium ordinauit, ſibique ſubſtituit abſenti Hermannū Brunſuicenſem. Imp. Fridericus I. filios ſuos Regem Henricum, & Philippum Sueuia Ducem. Otto (IV)* rex, quo tempore profectus eſt Romam coronari in Imperarorem, Imperium ſupra Moſellam fratri ſuo Haiurico Palatino regendum dimiſit. *Henricus VII filium Iohannem Bohemia Regem, & Berchtoldum Hennenbergicum Comitem, primum eius familia Principem. Sigiſmundus Caſar, Guilielmum Bauaria Ducem. Ludouicus Bauarus Caſar, conſenſu Imperij Principum, Othonem Auſtria Ducem Vicarium Imperij conſtituit Padua, & Taruiſij: & ab eodem Ludouico Caſ. Edoardus Anglia Rex generalis Vicarius per Germaniam deputatus: Idem Rex ab eodem Caſ.*

Caſar. Heiſterbacen. moral. lib. 1.

Naucler. generat. 45. fol. 386.

L. &

L. & ordinibus Imperij Vicarius per Galliam & regnum Arelatenſe conſtitutus, teſte Goldaſto. *Tom. III. f. 418.*

Tertij generis Vicarios Particulares, Comites nempè Palatinos Prouinciarum diuerſarum hiſtoria ſuppeditant: Bauariæ inquam, Saxoniæ, Sueuiæ, &c. de quibus hic non eſt dicendi locus,

Denique vt ab antiquis iſtis ad tempora nobis propinquiora veniamus; CAROLVS IV. Imp. Anno M.CCC.LVI. in Comitiis Noribergæ habitis, per auream Bullam de Vicariatu Imperij & Vicariis quod quartum genus eſt, præter tria hactenus commemorata, hunc in modum ſanxit: Quotiens inſuper, vt premittitur, ſacrum vacare continget Imperium, illuſtris Comes Palatin. Reni, ſacri Imperij dapifer, ad manus futuri Regis Roman. in partibus Reni & Svvevie, & in iure Fräconico, *(in vetuſtiorib. exemplarib. legitur, in Franconia)* ratione Principatus ſeu Comitatus Palatin. priuilegio, eſſe debet prouiſor ipſius Imperij, cum poteſtate iudicia exercendi, ad beneficia Eccleſiaſtica preſentandi, recolligendi redditus & prouentus, & inueſtiendi de feudis, iuramento fidelitatis vice & nomine ſacri Imperij recipiendi. que tamen per Regem Rom. poſtea electum, ſuo tempore omnia innouari & de nouo ſibi iuramenta ipſa preſtari debebunt: feudis Principum duntaxat exceptis, & illis que Vanlehen vulgariter appellantur; quorum inueſtituram & collationem ſoli Imperatori vel Regi Roman. ſpecialiter reſeruamus Ipſe tamen Comes Palatin. omne genus alienationis ſeu obligacionis rerum Imperialium huiusmodi prouiſionis tempore expreſſe ſibi nouerit interdictum. *Aurea Bulla cap. 5.*

Et

Et eodem iure prouiſionis illuſtrem Ducem Saxoniæ ſacri Romani Imperij Archimarſcalcum frui volumus in illis locis vbi Saxonica iura ſeruantur, ſub omnibus modis & conditionibus ſicut ſuperius eſt expreſſum.

Hac eſt origo hodierni Vicariatus; hanc ipſam ob cauſam potiſsimum introducti, ne vacante Imperio, & perdiuturna Interregna, ſicuti praecedentibus temporibus contigerat, nondum conſtituto ſummo aliquo tribunali & iudicio, ceu vniuerſali ac perpetuo totius Rom. Imperij ſenatu, ſubditi iure & iuſtitiâ priuarentur, adeoque cogerentur extrà Imperium iuris remedia quærere, & ad alium iudicem recurſum habere: quæ tamen incommoda per iſtam prouiſionem ſaluberrimam, introductionem nimirum iudicij Cameræ Imperialis penitus fuerunt ſublata: & moriente quamuis Caſare, Tribunal tamen iſtud ſummum non moritur; ſed non ſecus atque Imperium ipſum idem ſemper manet, viuit, ſuamque integritatem, authoritatem, ac maieſtatem abſq; vlla diminutione retinet. Et hæc de Vicariatu breuiter commemoraſſe ſufficiat: de quo alij fuſius alibi, & erit aliâs plura de eo dicendi locus.

DE.

Digitized by Google

DE ILLVSTRISSIMIS PRINCIPIBVS ELECTORIBVS, DVCE SAXONIÆ, ET Marchione Brandenburgen. ac concluſio præſentis operis.

CAPVT XII.

DE Illuſtriſſimis Saxoniæ & Marchiæ Brandenburgenſis Electoribus, quibus à primæuâ Septemuiralis ordinis inſtitutione, per diuerſas quamuis familias, dignitas iſta Electoralis citra vllam contradictionem competiit, atq; etiamnum ſarta tecta competit, tamquam de re clarâ, & nunquam in controuerſiam vocatâ, aut ſi aliquando lis mota, ea tamen Cæſareis reſcriptis ſublata fuit, ſicut acta tempore Concilij Baſileen. inter Saxon. Electorem Ducem Fridericum, & Ducem Ericum Lavvenburgen. teſtatum faciunt, nihil hic opus eſt multa dicere.

Manifeſtum igitur fit ex hactenus allatis, ſingulari Dei prouidentia, ſapientiſſimoq; Gregorij V. Pont. Max. & Othonis III. Imp. conſilio, Septemuiratum Germanicæ noſtræ nationi, virtutibus & fortitudine ſuâ id beneficium præ aliis nationibus promeritæ collatũ; eundemq; ceu columnas ſacri Imp. Rom. nexumq; firmiſſimum, hactenus cõſeruatum fuiſſe: quem ordinem vt diuina ſua maieſtas deinceps quoq; conſeruet, donec æternum Dei ac Seruatoris noſtri IESV Chriſti regnum in cælis perficiatur, omnibus verè pijs & patriæ aman-amantibus Germanis aſſiduè in votis eſſe debet.

Digitized by Google

Errata ſic corrigantur.

*Fol.7.lin.12.leg.& Gregorio.f. 9. l. 15. Stadenſem. f. 10. l. 26. Dietmaro. f.15.lin.4.a fin.fuerint.fol. 19.l.16.ſcalcus.f. 26.l. 18. Zonara. f. 30. l.17.*TRITHEMIVS. *fol.32.l.7.efficientem.l.18.per.f.37.l.vlt.Vitalinis.f.47.l.5.à fin.VVoldemarus f.54.l. 21.illuſtratum.f.58.l.12. & fol.64.l.13.ex aliorum.f.82.l.16. del. aut. l. 22. legend. probationes.f.107.l.25.niſus.f.110.l.19.minus.f.111. l. 3. à fin. Paulus. f. 128. l.25.claue.f.145.l.5.à fin.promouendum.f.147.l. 2. eligendi. f. 149. l.14.neu niſi.f.159.l.19. Archimarſchalcum. l. 20. Archimalſcatu. f.167.l.16.ni.f.181.l.1.IV. l.5.à fin.permittere.f.184.l.12. alius. l. 6. à fin. Renis.f.187.l.23.æqualiter.f.189.l.18.Palatino.f.190. l. 7.publicè.f.192.l.15. Regem Rom.*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google